Εγράφη τὸ ἰσότυπον Τρεβονιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὸ ὑπάτων. legi. Εγράφη τὸ ἰσότυπον Γερμανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. legi. Εγράφη τὸ ἰσότυπον Τζίττα τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. legi. Εγράφη τὸ ἰσότυπον Μαξεντιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, καὶ ἀπὸ ὑπάτων. legi. Εγράφη τὸ ἰσότυπον Φλώρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν θείων πριβάτων, καὶ ἀπὸ ὑπάτων. legi. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν γινώσκουσα, ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ σῷ φανερὰ καταστησάτω τοῖς τε συνηγόροις, τοῖς τε ἄλλοις ὧν ἄρχει, ὥστε κατὰ ταῦτα τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις. οὐ μὴν προθήσεις δημοσίᾳ τὴν δὲ ἡμῶν τὴν θείαν διάταξιν, ἀρκοῦντων τῶν περὶ τούτου παρ᾽ ἡμῶν γεγραμμένων πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ὑπάρχους τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων. Νόμος γραφεὶς Ιωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

Dat. XV. KAL. APRIL. CONSTANTINOP. POST BILIS. V. C. CONS.

Περὶ

Scriptum exemplum Triboniano gloriosissimo quæstori iterũ & exconsule. Scriptum exemplum Germano gloriosissimo magistro equitum sacri Præsentis, exconsule & patricio. Scriptum exemplum TZigæ gloriosissimo magistro peditum sacri Præsentis, exconsule & patricio. Scriptum exemplum Floro gloriosiss. comiti sacrarum rerum priuatarum & exconsule. Tua igitur excellentia cognoscens ea, quæ nobis placuerunt, in iudicio tuo insinuet tam aduocatis, quàm aliis, quibus praees, secundum hanc nostram constitutionem sufficientibus his, quæ hac de re à nobis scripta sunt ad Ioannem gloriosissim. sacrorum per Orientem prætoriorum præfectum, iterum exconsule & patricium. Dat. XV. *Kal. April. Constantinop. post Bilisarij* V. C. *Cons.*

DE APPELLATIONIBVS, ET INTRA QVAE tempora debeat appellari.

TITVLVS II.

Hanc legem non habent Scringeriana & Haloandrina editiones, sed eius tantùm argumentum & summam: quod argumēto est hanc uulgarem translationem ex meliore & integriore archetypo desumptam, quàm ullam aliam editionem. sed & omnes Nouellæ Latinæ desunt in illis nouis editionibus.

NOVELLA CONSTITVT. VICESIMATERTIA.

Imperator Iustinianus August. Triboniano * gloriosissimo quæstori iterum, & exconsuli.

* al. illustri magistro officiorū & quæstori sacri palatij, sic in optimo manuscr.

PRAEFATIO.

ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc circa appellationes facientes, in præsenti ad huiusmodi beneficium peruenire

uenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat, vt si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus: intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet. si autem per procuratorem causa ventilata sit, & in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc satis esse damnosum. plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum esse prouocationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, & biduo transacto causas perdidisse. vnde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi.

CAPVT I.

ET sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, vel curatores vel tutores ventilentur: posse intra intra decem dierum spacium à recitatione sententiæ numerandum, iudicibus ab iis quorum interest offerri: siue magni, siue minores sint (excepta videlicet sublimissima prætoriana præfectura) vt liceat homini intra id spacium plenißimè deliberare, siue appellandum ei sit, siue quiescendum: ne timore instante opus appellatorium frequentetur: sed sit omnibus inspectionis copia, quæ indiscussos hominum calores potest refrenare.

De consultationibus.

CAPVT II.

Sic Iulia. epitomator distinxit.

AD hæc sancimus, si quando lis speratur in nostrum inferri consistorium: si fortè contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis prouisionibus, non posse conuocare patres quatenus causa agitetur: non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen imperatorium occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentem principem poßit ad conuocandos patres cæterósque proceres coarctare? Sed si quid tale euenerit, causa intacta permaneat donec imperator sua sponte motus & conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere.

De appellationibus in Aegypto, Asia, Ponto, &c.

CAPVT III.

ILlud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digesserit, vt alij maiores, alij medij, alij minores sint, & appellationes à minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus

tenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent: nouitas autem hoc deliquerit: euenit vt super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur: & homines propter minimas causas magnis[a] *fatigentur dispendiis: vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideóque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Libya prouocatio speratur, vsque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc regiam vrbem eam venire, sed ad præfectum augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris: nulla ei [penitus] post definitiuam sententiam appellatione porrigenda.*

[a] al. maximis.

1 ¶ *Similíque modo quoties in Asiana diœcesi vel Pontica tale aliquid emerserit, vsque ad prædictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites fortè, vel proconsules, vel prætores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinem præfecti augustalis vice sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, dei tamen & legum timore proferant decidendas. Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & vsque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virũ spectabilem*

[a] al. similiter.

comitem Orientis mittere: simili modo [a] *audientiam & finem eis impositurum.*

Vt à spectabilibus ad illustres appelletur.

CAPVT IIII.

ILlo videlicet obseruando, vt viri spectabiles duces, vel alij spectabiles iudices, non ad alios eadẽ spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantæcunque sint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed à minore iudicio in maius tribunal ascendere) sed ad illustrißimam præfecturam, illorum appellationes, cuiuscunque sint quantitatis (vt dictum est) dirigantur, qui vnà cum viro excelso pro tempore quæstore eas dirimat; vtroque officio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito, quàm præfecto prætorio. Ita tamen hæc sancimus, vt nec à ducibus, vel aliis spectabilibus iudicibus, quibus forte, etsi priuati sint, imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat: ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. Sed à præsidibus quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, si non sint spectabiles iudices: intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati à nobis iudices,

iudices, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati: vel ij qui à principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes antiquo more iudices referantur: omnibus aliis quæ de appellationibus statuta sunt vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel à nostra humanitate, intactis illibatísque custodiendis. Datum Kalend. Iulij Constantinop. post Bilis. v.c. Cons.

DE

DE APPELLATIONIBVS, AD QVEMNAM REMITTANTUR, si res ob quam appellatio instituitur, non supra auri libras decem valeat.

Epitome superioris.

NON *principalis litigator duntaxat, verumetiam procurator ejus, defensor quoque & curator & tutor, intra decem dies à lata sententia prouocare potest. A prætoriorum præfectis prouocare non licet.*

CAP. I.

SI *dum principi appellationis causam audire non vacat, legitimum tempus decurrat, nullum hinc liti præiudicium gignitur. Quando ad principem eiúsque consilium prouocatur, si lis ipsa decem libras auri non exuperet, illam in Aegyptiaco tractu, & adiuncta ei vtraque Lybia, præfectus Augustalis audiet & cognoscet: in Orientali autem tractu, comes Orientis: in Pontico verò & Asiatico, spectabiles comites, proconsules, prætores, & denique moderatores, siquidem hoc specialiter ipsis iniunctum fuerit. Qui omnes sacrum habebunt auditorium, neque quisquam eorum sententiam de appellationis causa latam poterit detrectare.*

CAP.

ΚΕΦΑΛ. β.

ΤΑΣ ἐκ τῶν προφάσεων τῶν περιβλέπτων ἀρχόντων γινομένας ἐκκλήτους, εἴτε ὑπερβαίνουσι τὸ ποσὸν τῶν δέκα τῶν χρυσίου λιτρῶν, εἴτε καὶ ἐλαττοῦνται περὶ τοῦτο, καὶ ὁ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων ἅμα τῷ κοιαίστωρι ἐξεταζέτω, ἑκατέρας αὐτοῖς ὑπουργούσης τάξεως.

Περὶ τοῦ ἄρχοντος ἤγουν τοῦ πραίτωρος Πισιδίας.

Διατάξις κδ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑνὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

ΚΑΙ τοὺς πάλαι Ῥωμαίους πεπιστεύκαμεν οὐκ ἄν ποτε δυνηθῆναι τοσαύτην πολιτείαν ἐκ μικρῶν καὶ ἐλαχίστων ἀρχῶν συστήσασθαι, καὶ πᾶσαν ἐξ αὐτῆς τὴν οἰκουμένην, ὡς εἰπεῖν, προσλαβεῖν τε καὶ καταστήσασθαι, εἰ μὴ μείζοσιν ἄρχουσιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πεμπομένοις σεμνότεροί τε ἐντεῦθεν ἐφάνησαν, καὶ παρέσχον αὐτοῖς ἐξουσίαν ὅπλων τε καὶ νόμων· καὶ πρὸς ἑκάτερον εἶχον αὐτοὺς ἐπιτηδείους τε καὶ ἀξιοχρέους καθεστῶτας. οὓς δὴ καὶ πραίτωρας ἐκάλουν, ἐκ τοῦ

CAPVT II.

QVando à spectabilibus præsidibus prouocabitur, siue res litigiosa plus decem libris auri, siue minus valeat, prætoriorum præfectus vnà cum quæstore, ipsis vtraque cohorte ministrante, de illa cognoscito.

DE PRÆSIDE PISIDIÆ.

TIT. III.

NOVELLA CONSTITVT. VIGESIMAQVARTA.

Imp. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsule & patricio.

PRAEFATIO.

NVNQVAM *sanè credidimus, veteres Romanos ex paruis adeóque minutissimis principiis tam amplam constituere rempublicam, & totum exinde terrarum orbem (pene dixerimus) sibi adiungere, & premere ac tueri imperio potuisse, nisi maioribus in prouincias magistratibus missis, plus ea re dignitatis sibi comparassent, simúlque illis armorum iuxta ac legum potestatem fecissent, neque non ad vtrumque accommodatos & idoneos habuissent, quos quidem Prætores vocabant, appellatione illis*

πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἦσαν καὶ παρατάττεσθαι, ταύτην αὐτοῖς δόντες τὴν προσηγορίαν· ἐπιτρέψαντές τε αὐτοῖς καὶ τὰ πολιτικὰ διοικεῖν, καὶ τὰ περὶ τῶν νόμων γράφειν· ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καταγώγια, πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολὺς νόμος ἐκ τῆς τῶν πραιτώρων ἐξεχύθη φωνῆς· πολλοί τε πραίτωρες, οἱ μὲν Σικελίαν, οἱ δὲ Σαρδὼ τὴν νῆσον, οἱ δὲ Ισπανίαν, οἱ δὲ ἄλλην κατεκτήσαντό τε καὶ διῳκήσαντο θάλατταν τε καὶ γῆν.

ΚΕΦΑΛ. α.

ΤΑῦτα ἐννοοῦντες ἡμεῖς, καὶ τὴν παλαιότητα πάλιν μετὰ μείζονος αὔξης εἰς τὴν πολιτείαν ἐπαναγαγόντες, καὶ τὸ Ρωμαίων σεμνύναντες ὄνομα, καὶ ὁρῶντες ὡς ἐν ταῖς τῶν ἐπαρχιῶν τραχυτέραις, διπλῆς τινὸς μέχρι νῦν τελλομένης ἀρχῆς, οὐδεμία πρὸς τέλειον αὐτάρκης τις ἦν· διὰ τοῦτο ἔν τισιν ἐπαρχίαις ἡμῶν, ἐν αἷς ἄρχων τε πολιτικὸς ἦν, καὶ στρατιωτικὸς ἄλλος, ἀεὶ μὲν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικοῦντες, ἀεὶ δὲ μαχόμενοι, οὐχ ὅπως τι πράξαιεν τοὺς ὑπηκόους ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ὅπως ἐπὶ πλεῖον αὐτοὺς ἐπιτρίψαιεν· ᾠήθημεν χρῆναι πρὸς ἕν τι σχῆμα συναγαγεῖν ἑκατέραν ἀρχὴν τῆς Πισιδίας, τὴν πολιτικήν τε ἅμα καὶ στρατιωτικήν· καὶ δοῦναι τῷ ταύτην ἔχοντι τὴν ἐξουσίαν, τὴν τοῦ πραίτωρος πάλιν προσηγορίαν. ὥστε αὐτὸν

καὶ

ex eo indita, quòd cæteris omnibus præirent & præponerentur: permiſſa ſcilicet eis tam rei bellicæ adminiſtratione, quàm legum perſcriptione. Vnde & ea loca in quibus publicè magiſtratus vel ius reddere, vel habitare ſolebant, Prætoria appellare, & vt pleræque in rempublicam leges ex viua prætorum voce inferrentur, conſtituerunt. Et multi prætores partim Siciliam, partim Sardiniam inſulam, partim Hiſpaniam, partim terra maríque alij aliud vel imperio adiecerunt, vel rexerunt.

CAPVT I.

H*Aec nos in animo reputantes, & vetuſtatem denuo maiore cum flore & venuſtate quaſi poſtliminio reducẽtes in rempublicam, Romano præterea nomini dignitatem addentes, & videntes quòd duplici in aſperiores prouincias magiſtratu ad hunc vſq; diem deſtinato, neuter ad plenum ſua ſorte contentus fuerit, ſed ex ea cauſſa per quaſdã noſtras prouincias, in quibus tã ciuilis quàm militaris magiſtratus exiſtit, ſemper inter ſe rixentur, ſemper pugnent, non quò ſubditis boni aliquid faciãt, ſed quò eos magis atterant: è re fore putauimus, ſi vtrumq; magiſtratũ tam ciuilem quàm militarem in vnam formã cõtrahamus, imponamúſq; denuo ei qui hanc poteſtatem habebit, appellationem Prætoris, vt idem*

καὶ τῶν στρατευμάτων τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ὅπλων, κατὰ τὴν ἄνωθεν αὐτῷ ταχθεῖσαν ἐπωνυμίαν, ἡγεῖσθαι, καὶ προβεβλῆσθαι τῶν νόμων (καὶ τοῦτο δὲ ἄνωθεν τῶν πραιτώρων ἴδιον ἦν) καὶ ἔχειν μὲν τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς σιτήσεις, τάξει δὲ χρῆσθαι μιᾷ ταξεωτῶν ἑκατόν. ἀρκέσουσι γὰρ αὐτοὶ τοσοῦτοι πραιτωριανῆς τῆς τάξεως καλουμένης, καὶ ἐκ προβατοριῶν (τουτέστιν ἐκ δοκιμασιῶν) ἐντεῦθεν προσφόρως φοιτωσῶν γινομένης. οὕτω γὰρ ἔσται σεμνὸς, οὕτω φοβερὸς τοῖς λῃστεύουσιν, οὕτω τοῖς ἀδικοῦσιν ἀπαραίτητος, εἰ μετὰ πλείονος ἐξουσίας ἅπαντα πράττοι. τὸ μὲν καθαραῖς χρῆσθαι ταῖς χερσὶν, ἤδη τοῦ παρ' ἡμῶν ἔναγχος τεθέντος νόμου κελεύσαντος ἁπάσαις ταῖς ἀρχαῖς, αὐτοῦ δὲ πειθομένου τε ἐκείνῳ καὶ τὸν ὅρκον ὑπέχοντος, καὶ κατ' αὐτὸν διακυβερνῶντος τὰ πράγματα. τοῖς τε ὅπλοις χρωμένου, τά τε πολιτικὰ κατὰ τοὺς ἡμετέρους διατάττοντος νόμους. ὥστε εἰ καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων τις ὑπατικῶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἔλθοι, καὶ τοῦτο μίμημα τῶν ἔμπροσθεν εἶναι, καθὸ διεκληροῦντο τὰς ἐπαρχίας ἄνδρες ὕπατοί τε καὶ ἐξ ὑπάτων, καὶ πραίτωρες μικρῷ τῶν ὑπάτων ἐλαττούμενοι καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν τῶν Ῥωμαίων ηὔξησαν ὄνομα, καὶ τοσοῦτον πεποιήκασιν ὅσον οὐδεμιᾷ παντελῶς ἑτέρᾳ τῶν ἄλλων πολιτειῶν δέδωκεν ὁ Θεός. ὅπερ ἐπὶ τῆς Πισιδῶν χώρας ἄρξασθαι πρῶτον βουλόμεθα. διότι καὶ τοῖς ἔμπροσθεν χρονογράφοις εἰρημένον εὑρήκαμεν, τὸ πρώην

ἁπάσης

& militaribus copiis quæ per prouinciã ſunt, ſecundum cognomentum antiquitus illis impoſitum praeat, & præficiatur legibus. ſiquidem & hoc initio Prætorum erat proprium. & cum vtriuſque officij annonas habeat, vna tantum cohorte vtatur ex centum cohortalibus (tot enim ei ſufficient) quæ Prætoriana cohors appelletur, & per probatorias conuenienter hinc procedentes conſtituatur. Ita enim dignitate plenus erit, ita latrocinia exercentibus terribilis, ita iniuſtis ineuitabilis, ſi maiore cum poteſtate omnia conficiat. & cum lex iam pridem à nobis poſita iubeat omnes omnino iudices puris vti manibus, ei obtemperet, & præſtito iuramento, ſecundum hanc res gubernet, tam armis vtens, quàm ciuilia ſecundum noſtras leges ordinans. Vnde tametſi ex glorioſiſſ. Conſulibus aliquis ad hanc adminiſtrationem accedat, nihilo minus in hoc imitatio quædam priorum eluceat, qua videlicet prouincias ſortientes Coſſ. conſularéſque viri, & non multo illis inferiores Prætores, paulatim Romanorum nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quantum nulli vnquam alij reipublicæ ſeu imperio conceſſit deus. Id quod in Piſidarum regione initium primum ſumere volumus, propterea quòd *veteres annalium ſcriptores prodidiſſe inuenimus, olim Piſidarum*

ἁπάσης ἐκείνης τῆς γῆς τὸ Πισιδῶν ἔθνος ἐξάρχειν. καὶ νῦν δὲ δὴ τὴν ἐπαρχίαν ταύτην δεῖσθαι μείζονος καὶ σφοδροτέρας ἀρχῆς πιστεύομεν· ἐπειδήπερ καὶ κῶμαι μέγισται κατ' αὐτήν εἰσὶ καὶ πολυάνθρωποι, καὶ πολλάκις πρὸς αὐτοὺς στασιάζουσαι τοὺς δημοσίους φόρους. καὶ τοῖς γε λῃστρικοῖς ἐκείνοις καὶ ἀνδροφόνοις χωρίοις, ἅπερ ἐπί τινος ἀκρωρείας λύκου κεφαλῆς καλουμένης ἵδρυται, λυκοκρανίας τε οἰκητήριον ὀνομάζεται, τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐφιστάναι. καὶ νῦν μὲν οὐ κατὰ τάξιν νέμιμον ἐπ' αὐτὴν χωρεῖν, ἀλλὰ κατά τινος ἐπιδρομῆς σχῆμα, τῆς δὲ ἀρχῆς μιγνυμένης, καὶ συντιθεμένης εἰς ταυτὸ τῶν τε στρατιωτικῶν τῶν τε ἀρχικῶν παρασήμων, ἑπομένου τε αὐτῷ καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους παντὸς ὁπόσον τῆς ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πρός γε τῆς πολιτικῆς τάξεως ὅλης (σεμνῆς τε ἤδη τοῦ προσηγορίας αὐτοῦ καθεστώσης, καὶ τετιμημένης τῇ τοῦ πραίτωρος ἐπωνυμίᾳ) τίς οὐκ ἂν αὐτὸν φρίξειεν, τίς δὲ οὐκ ἂν αἰδεσθείη, ὁμοῦ μὲν τοὺς νόμους, ὁμοῦ δὲ τὰ ὅπλα θεωρῶν εἰς ταυτὸ συνιόντα; καὶ αὐτόθεν αἱρέσεως προκειμένης ἢ κατακοῦσαι τῶν νόμων, καὶ θαρρεῖν τε καὶ σώζεσθαι, ἢ μόνον ἀντιβλέψαντας, εὐθὺς ἀπολωλέναι, τῶν ὅπλων ἐγγύθεν ἐπικουρούντων τοῖς νόμοις;

ΚΕΦΑΛ. β.

ΔΕῖ τοίνυν τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνοντα ταύτην (προῖκα δὲ αὐτὴν αὐτῷ δίδομεν ἀεὶ,

gentem vniuersæ illius terræ summum tenuisse imperium, & iam nunc maiore & vehementiore hanc prouinciam magistratu indigere (nam & maximi in ea pagi sunt, & multi homines, & qui sæpenumero ob ipsa publica tributa seditiones mouent) & prædatricibus illis & sanguinariis regionibus, quæ supra voracitatem & quandam insatietatem lupini capitis collocatæ sunt, & Lycocranitarum habitaculum vocantur, hunc magistratum præficiendum credimus, qui iam inde ordine legitimo in eam progrediatur. Ac si hic magistratus sub specie quadam incursionis misceatur, componantur etiam in vnum tam militaria, quàm præsidalia insignia. & omnes eam militares copiæ sequantur, quæ in prouincia sunt, ad hæc tota ciuilis cohors venerando iam vocabulo appelletur, & prætoris cognomento honoretur, quis ipsum non abhorreat? quis non reuereatur, simul in vnum leges & arma coire spectans, & indidem conditione proposita, vt aut legibus obtemperet, si bono esse animo & seruari velit, aut vt vel primo statim intuitu pereat, armis in proximo leges corroborantibus?

CAPVT II.

OPortet igitur, vt qui hunc magistratum suscipit (semper autē gratis eum

μὲν ἀεὶ, καὶ ἐπ' οὐδενὶ παντελῶς μισθῷ. ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς ἀδωροδόκητος μένοι, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου μόνοις ἀρκούμενος· τοῦτο ὅπερ καὶ ὁ πρῶτος ἡμῶν λέγει νόμος) ὥστε χρῆσθαι τοῖς ὑπηκόοις ὡς ἐν τῷ προτέρῳ διετυπώσαμεν νόμῳ, δικαίως τε καὶ καθαρῶς, καὶ μετὰ τοῦ δραστηρίου φιλανθρώπως· καὶ ἀνδροφονίας τε καὶ μοιχείας ἐξελαύνειν τῆς χώρας, καὶ παρθένων ἁρπαγὰς, καὶ ἀδικίαν ἅπασαν. καὶ τοὺς ταῦτα πλημμελοῦντας κατὰ τοὺς ἡμετέρους κολάζειν νόμους. καὶ ἐρυθριᾶν γε μηδ' ἕνα τῶν ἀδικούντων, κἂν εἰ τῶν μειζόνων εἴη, μηδὲ ὑποκατακλίνεσθαι τοῖς ὠφελεῖν μὲν οὐδ' ὁτιοῦν, προφάσεις δὲ ἀσεβείας παρέχεσθαι δυναμένοις· ἀλλὰ διὰ πάντων τηρεῖν τὸ δίκαιον, καὶ ἀποβλέπειν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ δικάζειν κατ' αὐτοὺς, καὶ τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους κατ' ἐκείνους ποιεῖν ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ πρὸς Θεὸν ἀφορᾶν, καὶ τὸ ἡμέτερον δέος· ἕτερον δὲ μηδὲν παντάπασιν ἐννοεῖν. ὥστε μηδὲ ἐκ τῆς ἐπαρχίας φοιτᾶν ἐνταῦθα συχνὸν, καὶ ἐπὶ πράγμασι μετρίοις ἡμᾶς ἐνοχλεῖν· ἀλλ' αὐτὸν πρότερον ἀκροᾶσθαι πάντων, καὶ διακρίνειν αὐτὰ, καὶ μεμνημένον τῆς σεμνότητος ἣν αὐτῷ δεδώκαμεν, ὥστε χρῆσθαι τῷ πράγματι ὡς ἀνυπεύθυνον ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι· γινώσκοντα ὡς εἴπερ τις αὐτῷ προσελθὼν, εἶτα μὴ τύχοι τῶν δικαίων, καὶ ἀναγκασθείη ταῦτα ἡμῖν προσαγγέλλειν, ὁ ἀγὼν αὐτῷ τὸ λοιπὸν πρὸς ἡμᾶς

ἔσται

& absque vlla datione pecuniæ ipsi conferimus, vt & ipse per omnia sordibus abstineat, & his solis quæ ex publico soluuntur, contentus sit, id quod etiam prima nostra lex dicit) iustè & purè & cum quadam asperitate humaniter se erga subditos gerat, quemadmodum in priore lege disposuimus, homicidia, adulteria, raptus virginum, omne deniq; maleficium prouincia expellat, & qui ea deliquerint, secundum nostras leges puniat, neminem præterea maleficorum reuereatur, etsi de potentioribus sit, neq; his se submittat, qui nullam de se vtilitatem, at benè nefarias de se occasiones præbere possunt: sed per omnia ius ipsum tueatur, & ad nostras leges respiciat, & secundum eas iudicet, & vt subditi nostri secundum illas vitā suáq; studia instituant efficiat. insuper ad deum quoque & nostri timorem respiciat, neque præterea quidquam omnino in animo cogitet. Item vt neque crebro ex prouincia huc commeet, neque immodicis literis nos interpellet, sed in omnibus prior ipse audientiam accommodet, eáque disceptet: & memor, quantam illi dignitatis magnitudinem dederimus, ita se hac in re gerat, vt pro gesto magistratu caussam dicere necesse non habeat, sciens, quòd si quis eo adito ius suum non consequatur, compellatúrque hæc ad nos referre, pro eo deinceps certamen illi nobiscum

ἔσται. ἡμεῖς γὰρ ὥσπερ αὐτὸν τετιμήκαμεν τῇ τῆς ἀρχῆς αὐξήσει, οὕτως, εἴπερ αὐτὸν εὕροιμεν ἀναξίως τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ χρώμενον τοῖς παραδιδομένοις αὐτῷ, Θεῷ τε ὑπηρετούμενοι, καὶ τοῖς νόμοις ἀμύνοντες, προσηκόντως αὐτὸν μετελευσόμεθα, εἴτε εὕροιμεν ἢ ἐκλείποντα τυχὸν, ἢ χάριτος ἢ ἀπεχθείας ἡττημένον, ἢ τοὺς ἡμετέρους παραβαίνοντα νόμους. βουλόμενοι γὰρ τὸ ὑπήκοον ἀνορθῶσαι, καὶ τὰ μέχρι νῦν θεραπεῦσαι κακὰ, χρημάτων τε ὑπεριδόμενοι μεγάλων, καὶ πρὸς ταύτην ἰδεῖν τὴν διατύπωσιν ἐσπεύσαμεν.

ΚΕΦΑΛ. γ.

ΔΕῖ δὲ αὐτὸν μὴ μόνον τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων προνοεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς κήδεσθαι τῆς τῶν πόλεων ἀφθονίας, καὶ τοῦ μηδὲν τοῖς πολίταις ἐκλείπειν. ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ τὰ τῶν πόλεων ἔργα, καὶ μὴ συγχωρεῖν μηδὲ κατὰ τοῦτο αὐτὰς ἑαυτῶν ἐλάττους γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ὑδάτων ὁλκοὺς καὶ γεφύρας καὶ τείχη καὶ ὁδοὺς σπουδάζειν ἐπανορθοῦν· καὶ μὴ συγχωρεῖν τοῖς ἑκάστοτε φοιτῶσι πράκτορσι τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους κατά τι βαρύνειν· μηδὲ ταύτας δὴ τὰς ἐξ ἔθους πονηροῦ γινομένας προστάξεις παραλαμβάνειν, ὅσαι περὶ τειχοποιΐας τε καὶ ὁδοστρωσίας, καὶ ἄλλας μυρίας αἰτίας προΐασιν ἐκ τῶν θρόνων τῆς σῆς ὑπεροχῆς. τού-

τωρ

futurum est. Quemadmodum enim iurisdictionis augmento ipsum honorauimus, ita rursus si præter intentionem & opinionem nostram tradita eum administratione abuti deprehenderimus, competenti ipsum animaduersione persequemur, tam deo in hoc subseruientes, quàm opem ferentes legibus, siue furta eum fecisse, siue gratia fortè aut inimicitiis superatum, siue leges nostras transgressum esse deprehenderimus. dum enim subditos iterum exigere, & his malis, quæ vsque adhuc exstiterunt, mederi volumus: & magnas opes despeximus, & ad hanc dispositionem oculos conuertere properauimus.

CAPVT III.

POrrò non tantum ad hæc eum prospicere oportet, quæ antè à nobis dicta sunt, sed etiam curare, vt affluens rerum copia sit in vrbibus, ne quid ciues deficiat. Inspiciat etiam in ciuitatibus opera, neque in hoc seipsos à se vinci patiatur. sed & aquarum ductus, & pontes, & muros, & itinera publica refici studeat: neq; committat, vt exactores qui illuc commeant, in aliquo subditos nostros prægrauent. neque iussiones illas, quæ improbato more fieri solitæ, ex thronis excellentiæ tuæ de refectione murorum, de sternendis itineribus publicis, déque aliis plus mille causis procedunt, suscipiat.

των γὰρ ἁπάντων ἕνεκεν, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, οὐδενὶ συγχωρήσει τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους ἀδικεῖν· οὐδὲ προσελεύσεται ψῆφος τῶν θρόνων τῶν σῶν τοιοῦτό τι λέγουσα· (καὶ γὰρ ἤδη τοῦτο κεκωλύκαμεν) ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν ἁπάντων ἐπιμελήσεται· εἰ δέ τινα ἡμεῖς κατὰ θεῖον ἡμῶν πραγματικὸν τύπον στείλαιμεν, ὃν ἴσως πρὸς τὴν σὴν καταπέμψομεν ἀρχὴν, ἐκεῖνος προσεξετάσει τὸ παρ᾽ ἡμῶν ἐγκελευόμενον· ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ παντελῶς ἄδεια γενήσεται λεηλατεῖν τὸ ὑπήκοον. ὅπως ἂν τὰς ἐπαρχίας ἴδοιμεν πάλιν ἀνθρώπων μεστὰς, πάλιν τοῖς ἑαυτῶν πολίταις κομώσας, καὶ μὴ συῤῥέον ἐνταῦθα πλῆθος ἀνθρώπων, εἰς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐπανελθεῖν διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων κακίαν μὴ θαῤῥούντων. Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, τὴν σὴν ὑπεροχὴν μηκέτι διῃρημένας ἔχειν τὰς τοῦ Πισιδῶν ἔθνους ἀρχὰς, ἀλλὰ μίαν εἶναι τὴν ἐν αὐτῇ τοῦ περιβλέπτου πραίτωρος ἀρχὴν, αὐτὴν μὲν στρατιωτικὴν, αὐτὴν δὲ πολιτικὴν καθεστῶσαν· καὶ ὁμοίως μὲν τῶν δημοσίων τε καὶ πολιτικῶν φροντίζουσαν, ὁμοίως δὲ τῶν στρατιωτῶν ἡγουμένην, ὥστε τῇ δι᾽ ἀλλήλων βοηθείᾳ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν ὅπλων ἰσχυρὰν εἶναι, καὶ τὴν ὁπλιτεύουσαν τάξιν κεκαλλωπίσθαι τῷ νόμῳ. οὐδὲ γὰρ ἔτι στάσις ἔσται κατὰ τὰς πόλεις ἀνδρὸς ἐφεστῶτος τοιούτου τὸ λοιπὸν, ὃς ἄξιος ἡμῖν ἑκατέρας ἀρχῆς νενόμισται.

Omnium enim horum caussa, & si aliud praeterea eius generis, *nemini permittet, vt subditos nostros iniuriis afficiat, neque prodibit de thronis tuis sententia quæ tale quid dicat (iam enim hoc prohibuimus) sed solus ipse omnium curam geret. Si verò ex sacræ nostræ legis sententia pragmaticam aliquam formam dirigamus, quam fortè ad tuam emittamus præfecturam, examinabit ille prius, quæ inibi à nobis iubentur. nemini autem alij omnino copia fiet deprædandi subditos, quo magis aliquando prouincias iterum refertas hominibus, iterum suis ciuibus efflorescentes, neq; vndique huc confluentem videamus hominum multitudinem, qui propter improbitatem præsidum in suam patriam reuerti non audeant. Ideoque sancimus ne amplius excellentia tua Pisidicæ gentis magistratus pro diuisis habeat, sed vt vnum in ea sit spectabilis Prætoris officium, quod idem & militare & ciuile existat: quod similiter & publicarum ciuiliúmque rerum curam gerat, & militibus præeat, vt mutuo auxilio & iurisdictio ex armis vires colligat, & cohors armata condecoretur lege. Neque enim deinceps aliqua per vrbes orietur seditio, si talem decætero virum præfecerimus, qui vtroque nobis officio dignus putabitur.*

CAP.

ΚΕΦΑΛ. δ.

Πάντα τοίνυν ὁπόσα τὸ δημόσιον ἐχορή-
γει, ταῦτα, κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀ-
πογραφὴν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ, δίδοσθαι
τῷ περιβλέπτῳ καλουμένῳ πραίτωρι, καὶ τοῖς
ἀμφ' αὐτόν· ὥσπερ προσκεῖσθαι καὶ τὸ τῆς θείας
ἡμῶν προσηγορίας βουλόμεθα σύμβολον· καὶ ἔστω
πραίτωρ Ἰουστινιανὸς, ὁ Πισιδίας γινόμενος ἄρ-
χων. ὑπακουέτω τε ἡ πραιτωριανὴ τάξις αὐτῷ,
γινομένη ἐκ προβατοριῶν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθη-
μεν· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πολιτικοῖς καὶ τοῖς στρα-
τιωτικοῖς ἀνθρώποις τε καὶ πράγμασιν ἐνασχο-
λουμένη. καὶ πρός γε ἡ τῶν δημοσίων εἴσπραξις
τὸν ἄρχοντα τοῦτον τήν τε τάξιν ὀφείλει τὴν αὐ-
τοῦ· καὶ πάντα ἔχειν τὰ τῆς ἀρχῆς παράσημα, ὁπό-
σα καὶ νῦν ἔχει, δίφρον τε ἐξ ἀργύρου, καὶ πέλεκυν,
καὶ ῥάβδους· ἕξει τε ἐπὶ τοῖς στρατιώταις, καὶ ad
responsum. καί τοι γε καὶ αὐτόθεν αὐτῷ δίδομεν
τὴν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ στρατιωτῶν ἡγεμονίαν·
ὥστε αὐτοὺς καὶ κοσμεῖν καὶ τάττειν, καὶ παρασκευά-
ζειν ἐπεξιέναι μὲν τοῖς λῃστεύουσιν, ἡμέρους δὲ καὶ
σώφρονας τοὺς ὑπηκόους πρὸς ἀλλήλους ἀποτελεῖν·
καὶ μήτε τὰς πόλεις στασιάζεσθαι συγχωρεῖν, μήτε
τὰς κώμας ἀπαυθαδιάζεσθαι πρὸς τὸ δημόσιον·
ἔχειν τε ἐφ' ἅπασι τὴν ἐξουσίαν, ἐξῃρημένου παν-
τελῶς οὐδ' ἑνός. εἶναι δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν
ἐν ταῖς μέσαις τεταγμένην, καὶ ἐν τῷ τῶν περιβλέ-
πτων ἀρχόντων ἀριθμῷ γεγραμμένην. ὥστε
ὅσα ἐπὶ τῶν πάλαι μὲν βικαρίων, νῦν δὲ κομήτων

CAPVT IIII.

Quæcunque igitur fiscus erogaturus est, ea secundum subiectam huic sacræ nostræ legi descriptionem spectabili prætori, circáque ipsum versari solitis præstari iubemus. Vnde & sacræ nostræ appellationis notã præponi volumus, & qui Pisidiæ præses erit, is Prætor Iustinianeus esto. Obtemperet autem illi Prætoriana cohors, ex probatoriis (vti diximus) constituẽda, quæ similiter tam ciuilibus quàm militaribus hominibus iuxta & rebus occupata sit. Ad hæc publicorũ quoque tributorũ exactio hunc præsidem cohortémque eius respiciet, & omnia magistratus habebit insignia, quæ etiam modò habet, sellam scilicet curulem ex argẽto, securim quoque, *& fasces. habebit etiã inter milites Adresponsum. adeóq; & eo ipso principatum illi inter milites qui ibi locorũ sunt, tribuimus, vt ipsos & pulchrè regat, & cogat in ordinem, instruátq;, vt non solũ latrocinantes persequantur, sed etiam subditos inter se mansuetos & modestos reddant. neque item committat, vt seditiones moueantur in vrbibus, aut comites quidquam ad fiscum spectans diuellant, sed supra omnes potestatem habeat, nemine prorsus excepto. Collocatus autem hic magistratus sit in mediis, & in numerum spectabilium descriptus. Vnde quæcunq; in vicariis olim, hodie in comitibus Iustin*

Ἰουστινιανῶν τῆς τε Πακατιανῆς Φρυγίας, τῆς τε πρώτης Γαλατίας ἐστὶ, καὶ τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς ἕω, καὶ τῶν περιβλέπτων ἀνθυπάτων, ταῦτα καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ καθιστάναι, καὶ εἶναι αὐτὸν περίβλεπτον ἄρχοντα· καὶ τὰς ἐφέσεις τὰς παρ᾽ αὐτοῦ γινομένας, ἐνταῦθα στέλλεσθαί τε καὶ ἐξετάζεσθαι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν σπεκταβιλίων ἀρχόντων· εἰσάγεσθαί τε ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, συνακροωμένου τῆς ὑποθέσεως καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου κοιαίστωρος τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου. διότι τὴν ἀρχὴν, εἰ καί τι στρατιωτικὸν εἶχεν, ἀλλ᾽ οὖν ὅλην πρὸς τὸ νομιμώτερον μεταβαλοῦσαν σχῆμα, δεῖ ταύτην ἔχειν ἀναγκαίως τὴν τάξιν τὴν μέχρι νῦν ἐπὶ τῶν σπεκταβιλίων ἀρχόντων πεφυλαγμένην, κατὰ τὸ κεκρατηκὸς ἄνωθεν ἔθος.

ΚΕΦΑΛ. ι.

Ἐπειδὴ δὲ ἔναγχος θείαν διάταξιν γράψαντες, τὰς ἄχρι πεντακοσίων νομισμάτων ἐφεσίμους δίκας, ἃς ὑπὸ τοῖς περιβλέπτοις ἄρχουσιν ἐν τάξει θείου δικαστηρίου κατεξετάζεσθαι νενομοθετήκαμεν· θεσπίζομεν, εἰ τοιαύτη τις γένοιτο δίκη, κατὰ τὴν Πισιδίαν μέντοι μόνον, εἴτε ἐκ παραπομπῆς ὑμετέρας, εἴτε ἐκ τινος τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων (εἰ μὴ περίβλεπτος ὁ δεδομένος εἴη δικαστὴς) μὴ πρὸς τὸν περίβλεπτον Ἰουστινιανὸν

κόμητα

Iustinianeis Pacatianæ Phrygiæ & Galatiæ primæ, item spectabili comite Orientis, & spectabilibus proconsulibus sunt, ea & in hoc existant: sitq; & ipse spectabilis magistratus, & appellationes quæ apud ipsum interponuntur, mittantur huc & examinẽtur, sicut in cæteris spectabilibus fieri solet magistratibus: introducantúrq; in iudicium gloriosissi. præfectorum, in cognitionem caussæ, adhibito etiam gloriosissimo quæstore sacri nostri palatij: propterea quòd tametsi is magistratus nonnihil in se habet militare, tamen quia prorsus in ciuilem & legitimam mutatus est formam, ideo necessario eundem tenere ordinem debet, qui pro consuetudine iam olim obtinente in spectabilibus magistratibus obseruatus est.

CAPVT V.

Q*Voniam verò nuper sacra constitutione cōscripta promulgauimus, vt caussæ appellationum* quæ quidẽ quingentorum aureorũ summam non excedant *à spectabilibus præsidibus huc deuolutæ, in habitu & ordine sacri auditorij examinentur, sancimus, vt si qua eiusmodi caussa emergat, scilicet in Pisidia dumtaxat, ex delegatione siue nostra, siue alicuius gloriosissimorum nostrorum procerum, nisi qui datus est iudex, spectabilis sit, vt non ad spectabilem Iustinianeum*

comit

κείμενα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας (τοῦτο ὅπερ πρώην νενομοθετήκαμεν) φοιτᾷν, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν τῆς ἐπαρχίας τῆς αὐτοῦ· αὐτόν τε αὐτῆς ἀκροᾶσθαι κατὰ θείου ἀκροατηρίου σχῆμα (καὶ γὰρ δὴ καὶ τούτῳ σεμνύνομεν τὴν ἀρχήν) αὐτόν τε αὐτῇ τέλειον ἐπιτιθέναι θεσπίζομεν τύπον, οὐκ ἀναπεμπόμενον πρὸς ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν· ὅπως ἂν μὴ μικρῶν ἕνεκεν προφάσεων μεγάλας οἱ δικαζόμενοι ταραχάς τε καὶ ζημίας ὑπομένοιεν.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Ὅπως δὲ ἂν εἰδεῖεν καὶ οἱ παραλαμβάνοντες τήν τε τοῦ πραίτωρος ἀρχὴν, τάς τε ἄλλας τὰς παρ' ἡμῶν ἐξευρημένας τε καὶ ἐξευρησομένας, κατὰ τίνα προσήκει τρόπον διακυβερνᾷν τὰς ἀρχὰς, συνείδομεν μὴ μόνον αὐτοῖς παρέχειν τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς ἐν τοῖς καλουμένοις κωδικέλλοις, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφειν τὸν τρόπον καθ' ὃν διοικήσειαν τὴν ἀρχήν· ἅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν νομοθέται mandata principis ἐκάλουν. ὥστε αὐτοὺς πρὸς ταῦτα ἀποβλέποντας, τὴν οἰκείαν ἀπευθύνειν ἀρχὴν, καὶ ταύτῃ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους διὰ πάντων ὠφελεῖν. τοιγαροῦν καὶ ἀποτεθήναι κατὰ τὸ θεῖον ἡμῶν λατέρκουλον τὰ τοιαῦτα θεῖα μανδάτα δικελευσάμεθα· ὅπως ἂν ἅμα τοῖς κωδικέλλοις διδοῖτο τοῖς ἄρχουσι, τόν τε ὅρκον παρεχομένοις ὃν ἐπὶ τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως ἐγράψαμεν, τὰ ἄλλα τε ἅπαντα οὕτω διοικουμένοις ὡς ἡμεῖς ἐτάξαμεν.

ὑποτε

comitem Pacatianæ Phrygiæ (id quod prius lege determinauimus) proficiſcatur, ſed ad ipſum deferatur in ſua prouincia interpoſita appellatio, & ipſe de ea cognoſcat in habitu ſacri auditorij (cohoneſtamus etenim magiſtratum hoc etiam) & perfectam illi formam imponat, non remittendam ad hanc almam vrbem, ne fortè paruis de cauſsis magnas bonorum ſuorum perturbationes & damna litigatores ſuſtineant.

CAPVT VI.

VT autem qui vel hoc prætoris, vel alia à nobis inuenta & inuenienda officia ſuſcipiunt, cognoſcant quo tandem modo prouincias eos gubernare conueniat, viſum nobis eſt, non tantum ſigna eis præbere adminiſtrationis in codicillis (vt vocãt) ſed etiam modum præſcribere, ſecundum quem prouinciam adminiſtrent (quæ quidem, qui nos anteceſſerunt legiſlatores, conſulta quædã præſidalia appellabant) vt ad hæc intentis oculis propriam dirigant adminiſtrationem, pérque hanc omni ex parte ſubditis noſtris proſint. Vnde & id genus ſacra mandata iuſsimus in ſacro laterculo reponi, vt vnà cum codicillis præberentur præſidibus, tum iuſiurandum, quod in ſacra noſtra conſtitutione deſcripſimus, præſtantibus, tum omnia alia, vt nos ordina-

ὑποτιθήσεται δὲ καί τις ἀπογραφὴ παρ' ἡμῶν. τῷ δὲ τῷ θείῳ νόμῳ, δηλοῦσα τί μὲν προσῆκον ἐστι τὸν γινόμενον παρέχειν προφάσει τῶν τῆς ἀρχῆς συμβόλων, εἴτε ἐν τῷ θείῳ λατερκούλῳ, εἴτε ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων· τί δὲ τὸ διδόμενον αὐτῷ τε καὶ τὸ παρέδρῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτόν· οὕτω τε τῆς παρ' ἡμῶν περὶ τὰς ἀρχὰς προνοίας ἅπασι φανερᾶς γινομένης, ἐκεῖνον ἡμῖν καθαρὰν καὶ πανταχόθεν διαλαμπομένην τὴν ἑαυτοῦ παρέχειν ὑπουργίαν.

¶Τοῦτον δὲ δὴ τὸν νόμον δείξει μὲν ἅπασιν ἡ τῶν θείων ἡμῶν διατάξεων ἀνάγνωσις (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτον ἐκάστοι γραφῆναι παρεκελευσάμεθα) αὐτὸς δὲ εἰς ἔργον ἄξεις, ὅπως ἂν μένῃ διὰ παντὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἐκλάμπων τε καὶ φαινόμενος. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. Bilis. V. C. CONS.

Δεῖ παρέχεσθαι τῷ πραίτωρι Πισιδίας, αὐτῷ μὲν ὑπὲρ ἀννόνων καὶ καπίτων, καὶ λοιπῆς παραψυχῆς, sol. CCC. τῷ αὐτοῦ παρέδρῳ, sol. LXXI. τῇ αὐτοῦ τάξει, auri lib. II. Δεῖ δὲ αὐτὸν παρέχειν προφάσει συμβόλων οὕτως. τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τρισὶ τοῦ θείου κουβουκλείου, sol. IX. τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων σεβαστῶν νοταρίων, καὶ τοῖς λατερκουλισίοις, sol. XXV. τῷ αὐτοῦ βοηθῷ, sol. III. τῇ τάξει τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων, ὑπὲρ προστάγματος καὶ πάσης ἑτέρας αἰτίας, sol. LX.

Περὶ

simus, administrantibus. Subiicietur autem à nobis huic sacræ legi quædam etiam descriptio, quæ exprimat quid ipsum cum deligitur præbere conueniat occasione codicillorum officij: siue in sacro laterculo, siue in foro glorosissimorum præfectorũ, *quid rursum illi, item adsessori, & circa ipsum versari solitis porrigatur ex publico: vt omnibus nota facta prouidentia quam circa officia gerimus, ille incontaminatum nobis & vndique spectatum suum exhibeat ministerium. Hanc sanè legem tum sacrarum nostrarum constitutionum lectio monstrabit (iussimus enim & hanc inter eas describere) tum ipse ad effectum deduces, vt perpetuo in ipsis factis reluceat conspiciatúrque.*

Oportet Prætori Pisidiæ annonarum, & capituum, ac reliqui solatij titulo præberi solid. 300. eius adsessori solidos 72. eius cohorti aureos 52. Rursum pro codicillis administrationis oportet ipsum præbere sic. Spectabilibus tribus chartulariis sacri cubiculi, solid. 9. primicerio clarißimorum tribunorum notariorum & laterculensibus, solidos 45. eius adiutori, solidos 3. cohorti gloriosiß. præfectorum pro iußionibus & omni alia caussa, solidos 60.

Περὶ τοῦ πραίτωρος Λυκαονίας.

Διάταξις κε.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑ-νὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

ΤΟ Λυκαόνων ἔθνος μείζονι τῆς νῦν οὔσης ἀρχῆς κατακοσμῆσαι δίκαιον ᾠήθημεν, ἀποβλέποντες εἰς τὰς πρώτας ἀρχὰς ἔνθεν αὐτὸ συστῆναι παρέδοσαν ἡμῖν οἱ τὰ παλαιὰ συγγράφοντές τε καὶ διηγούμενοι· καὶ ὅτι συγγενέστατόν ἐστι Ῥωμαίοις, καὶ σχεδὸν ἐκ τῶν αὐτῶν συνῳκισμένον προφάσεων. Λυκάονι γὰρ τῷ πρώτῳ Ἀρκαδίας τῆς ἐν Ἑλλάδι βεβασιλευκότι, καὶ τὴν Ῥωμαίων οἰκῆσαι γέγονε γῆν, καὶ τοὺς πρώτους Οἰνώτρους προσλαβόντι, τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δοῦναι προοίμιον (φαμὲν δὲ ταῦτα δὴ τὰ παλαιά, τὰ πολλῷ τῶν Αἰνείου τε καὶ Ῥωμύλου χρόνων πρεσβύτερα) καὶ ἀποικίαν ἐπὶ τὰ τῇδε στείλαντι μέρη, μοῖράν τινα τῆς Πισιδίας ἀφελέσθαι, ταύτῃ τε δοῦναι τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν, Λυκαονίαν τε ἐξ αὐτοῦ καλέσαι τὴν χώραν· δίκαιον τοίνυν ἂν εἴη καὶ αὐτὴν ἀρχὴν κατακοσμῆσαι, τὰ παλαιὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς

τάξεως

DE PRÆTORE LYCAONIAE. TIT. IIII.

NOVEL. CONSTIT. XXV.

Imp. Iustin. A. Ioanni gloriosissi. sacrorum per Orientem prætoriorum, præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRAEFATIO.

CUM ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem, antiquarum rerum scriptores & enarratores constitisse tradiderunt, respicimus, & quòd maximam cum Romanis affinitatem habeat, quódque ex eadem fermè occasione in vnum coacta sit, maiore, quàm hactenus, magistratu eam exornare, iustum putauimus. Siquidem vsu venit, vt olim Lycaon, qui Arcadiæ in Hellade rex fuit, & Romanum solum incoleret, & assumptis quondam Oenotriis Romano Imperio daret veluti principium (dicimus autem vetera illa, quæ longo ante tempore Aeneæ & Romuli ætates præcesserunt) & deducta in hasce partes colonia, Pisidiæ bonam partẽ adimeret, eique deinde suum nomen inderet, & regionẽ ex se Lycaoniam appellaret. Inde adeo iustum fuerit & ipsam magistratu adornare, cui veteris apud Romanos

τάξεως ἐπιγραφομένην σύμβολα· καὶ τοὺς αὐτῆς νῦν ἡγουμένους (τόν τε ἄρχοντα φαμὲν τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν, τόν τε ἐφεστῶτα τοῖς ὅπλοις) εἰς ἕν τι συναγαγεῖν, καὶ τῇ τοῦ πραίτωρος κοσμῆσαι προσηγορίᾳ· ὄνομα γὰρ τοῦτο πάτριον τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων κατὰ τὴν μεγάλην τῶν Ῥωμαίων πολιτευσάμενον πόλιν. Ῥωμαῖοι γὰρ οἱ πάλαι τοὺς σφῶν αὐτῶν στρατηγοὺς, πραίτωρας ὠνόμαζον, τῶν στρατευμάτων τε ἡγεῖσθαι παρεῖχον, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γραφομένοις ἐπείθοντο νόμοις· καὶ ἦν ἀρχή τις ἐξ ἀμφοῖν κεκραμένη, καὶ ἐν ἑαυτῇ περιφέρουσά τε καὶ δεικνῦσα τήν τε ἐν ταῖς παρατάξεσιν ἰσχὺν, τήν τε ἐν τοῖς νόμοις εὐκοσμίαν.

ΚΕΦΑΛ. α.

Ἐπειδὴ τοίνυν κἀνταῦθα σκοπὸς ἡμῖν εἰς ἕν τι συναγαγεῖν ἀμφοτέρας, διὰ τοῦτο εἰκότως αὐτῷ καὶ τὴν τοῦ πραίτωρος δίδομεν προσηγορίαν. ὅπως ἂν συνεστοιχοῖτο ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων, ἅμα τῇ προσηγορίᾳ τοῦ πραίτωρος, καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς κατάστασίς τε καὶ φύσις· καὶ ὅτι περ οὐχ ἁπλῆ τις ἐστὶν, οὐδὲ πρὸς ἓν ἀφορῶσα μόνον, ἢ τὸ τῶν ὅπλων, ἢ τὸ τῶν νόμων, ἀλλ' ἑκατέραν συνεφέλκεται τάξιν, καὶ ἔστιν ἐν μὲν τοῦ στρατιωτικοῦ σφοδρά τε καὶ ἰσχυρά, διὰ δὲ τοῦ νόμου προσηνής τε καὶ ἥμερος· καὶ κατὰ τοῦτο προσφερομένη ῥᾳδίως τοῖς μὲν ἀδικοῦσι,

σφοδρὸ

instituti signa & notæ inscribantur, & illos qui hoc ipsam tempore regunt (de præside ciuilis iurisdictionis loquimur, & eo cui armorum cura commissa est) in vnum contrahere, & prætoris appellatione decorare. Est enim hoc nomen quasi iure patrio Romani imperij proprium, & ante ipsos etiam Coss. in ampla Romanorum repub. vsui habitum. Nam veteres Romani suos imperatores prætores appellabant, simúlque illis præbebant, vt militaribus præirent copiis, & descriptis ab illis parebant legibus. & prorsus erat hic magistratus ex ambobus contemperatus, præ se ferens & ostentans tam in instruenda acie robur, quàm in ferendis legibus rectum & decentem ordinem.

CAPVT I.

Quoniam igitur propositum nobis est etiam hic vtramque administrationem in vnam contrahere, propterea optimo illi iure prætoris appellationem imponimus, vt vnà cum prætoris appellatione audientium animis insonet ipsius quoque magistratus substãtia ac natura, & quòd non simplex sit, neq; ad vnam aliquam rem tantummodo (nempe vel arma, vel leges) respiciat, sed simul vtrumque ad se munus ex æquo attrahat, quódq; per copias militum vehemens & robustus, per legem lenis & mansuetus sit: & per hãc caussam maleficia

σφοδρότερον, τοῖς δὲ ἐπιεικεστέροις, νομιμώτερόν τε καὶ σωφρονέστερον. καὶ οὐδὲ ἁπλῶς τοῦτο πράττομεν, οὐδὲ ὀνομασίᾳ προσέχομεν μόνον, ἀλλὰ τῇ χρείᾳ καὶ τὰς ἀρχὰς συμμετροῦμεν. ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἰσχυρῶν ἡ χώρα, καὶ Ἰσαυρίας οὐδενὶ διέστηκε μέσῳ. οἷα δὲ μεσόγειός τε οὖσα καὶ ἀνειμένη καὶ ἱππόβοτος, πολλοὺς μὲν ἄνδρας, πολλοὺς δὲ ἵππους ἐκτρέφει· κωμῶν τέ ἐστιν αὐτῇ πλῆθος μεγάλων, καὶ ἀνδρῶν ἐπιτηδείων ἱππεύειν τε καὶ τοξάζεσθαι, καὶ ῥᾳδίων πρὸς τραχυτέρας ἀνίστασθαι γνώμας, καὶ ὅπλων ἅπτεσθαι προχείρως· καὶ τῆς μὲν στρατιωτικῆς ἀρχῆς ἴσως οὐκ ἐπιστρέφεσθαι, διότι τὰ τῆς καταστάσεως αὐτῶν ἰδιωτικὴν ἐπιγράφεται τύχην, τὴν μόναις ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ὑποκεκλιμένην· αὐτῆς δὲ δὴ πάλιν καταφρονεῖν, διότι τὸ τῷ νόμῳ προσέχειν μόνῳ, μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένῳ, φοβερὸν οὐχ ὁμοίως τοῖς θρασυτέροις ἐστί. Ταῦτα ἡμᾶς ἀνέστησεν εἰς τὸ καὶ ταύτην μίαν ἀποφῆναι τὴν ἀρχήν, καθάπερ ἐν Πισίδαις ἐπράξαμεν· καὶ δοῦναι καὶ ταύτῃ τὴν τοῦ πραίτωρος προσηγορίαν, μετὰ τῆς ἐξ ἡμῶν προσθήκης. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτον, πραίτωρα Ἰουστινιανὸν Λυκαονίας προσαγορεύεσθαι βουλόμεθα, ὥσπερ δὴ καὶ Πισιδίας τὸν ἄλλον· τάξιν τε ἑκατέραν εἰς ταυτὸ συνάγομεν, ἧ τε ὁ πολιτικὸς ἧ τε ὁ στρατιωτικὸς ἄρχων ἐφίστατο. πραιτωριανὴν δὲ καὶ ταύτην ὀνομάζομεν, ἵνα

quidem vehementiorem, probioribus verò ciuiliorem se & moderatiorem exhibeat. Neque hoc sine caussa agimus, aut solam appellationem attendimus, sed ex vsu ac necessitate magistratus quoque metimur. Nam fortes ea regio viros habet, neque in vllo differt ab Isauria in medio, vt quæ mediterranea, aprica, equorum altrix existens, tum multos viros, tum multos equos enutriat. magnus quoque in ea numerus est magnorum pagorum, & virorum ad equitandum, ad sagittãdum, ad animos sine negotio & celeriter excitãdos, ad arma promptè tractanda, denique tam ad militare imperium fortè auersandum, quia illorum status priuatam ipsis fortunã & solis ciuilibus magistratibus subditã adscribit, quàm ad hoc rursus ciuile scilicet *contemnendũ, quia soli obtemperare legi, quæ non itẽ strenuitatem quãdam adiunctã habeat, audacioribus formidabile est, idoneorũ. Hæc nos permouerunt vt hunc quoq; magistratum quemadmodum apud Pisidas fecimus, coadunatum redderemus, & nostro apposito nomine Prætoris ei appellationẽ inderemus. volumus etenim & hũc Prætorẽ Iustinianeũ Lycaoniæ appellari, quomodo sanè & Pisidiæ, & aliorũ. Deinde vtramq; etiã cohortem in vnam contrahimus, &* cui ciuilis, & cui militaris magistratus præfuit, ac Prætorianã illã appellamus, *constituendã ex*

προβαλλομένων ἐντεῦθεν κατὰ τὸ νενομισμένον προϊουσῶν γινομένων, ὅπερ οὖν καὶ πρώην οἱ Λυκικοὶ ταύτας ἐκομίζοντο, τῆς θείας τῶν λιβέλλων σκευῆς. καὶ εἰς ἀνδρῶν ἑκατὸν τὸν ἀριθμὸν αὐτῇ συμμετρουμένων, καὶ διδομένων αὐτῷ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς σιτήσεις, παρέδρῳ τε καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπερ φανερὰ καταστήσομεν ἐκ τῆς ὑποκειμένης ἀπογραφῆς σῆς δὴ τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει. ἐχέτω γε μὴν καὶ ad responsum, ἤτοι ἀποκρισιαρίους, πρὸς τὴν στρατιωτικὴν εὐκοσμίαν. καίτοι γε καὶ ἄλλως αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἐπὶ τῆς εἰρημένης ἐπαρχίας ἱδρυμένων στρατιωτῶν θεσπίζομεν.

ΚΕΦΑΛ. β.

ΚΑὶ στέλλομέν γε τὸν τῆς ἀρχῆς ἀντιλαψόμενον ταύτης, τῶν παρ' ἡμῖν εὐδοκιμούντων ἕνα, τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ὅθεν καὶ τὸ παλαιὸν οἱ πραίτωρες ἐξεφοίτων, καὶ τοῖς σφῶν αὐτῶν πόνοις τὴν πολιτείαν ἐκόσμουν, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς ἰταλιώτιδος μένοντες γῆς, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοὺς ἔξω τόπους στελλόμενοι. ἔστω γὰρ ὁ τοιοῦτος αὐτὸς ἑαυτοῦ μεμνημένος ἀεί, καὶ ὅθεν αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς συνέστηκε, σεμνός τε τοῖς ὑπηκόοις, φοβερός τε τοῖς λῃστεύουσι καὶ ἀδικοῦσι, καὶ μετὰ πλείονος παῤῥησίας ἅπαντα πράττων. πρόδηλον γὰρ ὡς καθαραῖς μὲν χρήσεται ταῖς χερσίν· ἐπεὶ καὶ ἄμισθον παραλαμβάνει τὴν ἀρχήν. καὶ ἄλλως ὁ παρ' ἡμῶν τεθεὶς ἔναγχος νόμος ἁπάσαις ταῖς ἀρχαῖς ταῖς ἐγγεγραμμέναις αὐτῷ σαφῶς ἐπιτάττει χερῶν τε κρατεῖν (ἐφ' ᾧ

δὴ

probatoriis, more solito ex sacro libellorum scrinio, ex quo olim & duciani eas ferebant, procedentibus, mensurámque illius ad centum vsq; virorum numerũ extendimus, & vtriusq; magistratus annonas illi adsignamus, sed & adsessori & reliquis. quæ quidem ex subiectis sacræ huic nostræ constitutioni descriptionibus clara faciemus. Habeat item Adresponsum, siue apocrisiarios, *vt inter milites omnia rectè gerantur atq; ordine. adeóque & aliis eum militibus, qui per dictam prouinciam stationes agunt, imperitare sancimus.*

CAPVT II.

Mittemus sanè, qui id officij suscepturus est, vnum aliquem de probatis, & de numero nostrorum procerum, vnde & olim prætores procedebant, suísque laboribus adornabant rempublicam, nunc residentes in solo Italico, nunc proficiscentes ad loca forensia. Ac talis quidem semper sui ipsius memor, & vnde illi hæc administratio accesserit, venerandum se præbeat subditis, horrendum latrocinantibus & maleficis, omnia maiore cum fiducia peragens. Neq; dubium quin puris vtetur manibus, quandoquidem & officiũ gratis suscipit: & alioqui lex nostra nuper à nobis lata, omnibus omnino magistratibus in ipsa descriptis præcipit, vt manus contineant (qua de

caussa

δὴ καὶ τὸν ὅρκον ὑπέχουσι) καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους δικάζειν τε, καὶ νέμειν τοῖς ὑπηκόοις ἰσότητά τε καὶ δικαιοσύνην. οὕτω καὶ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι τὸ πολίτευμα κατακοσμήσαντες, πάσης ἑτέρας πολιτείας ἐκράτουν. τίς γὰρ οὐκ ἂν τὴν ἀρχὴν ταύτην αἰδεσθείη τε ἅμα καὶ φρίξειεν, ὁρῶν αὐτὴν ὑπὸ διπλοῦ σχήματος φρουρουμένην; καὶ ῥᾳδίως μὲν τὰ ἐκ τοῦ νόμου διατάττουσαν, ῥᾷστα δὲ, εἴτι παραβαθείη τοῦ νόμου, τοῦτο τοῖς ὅπλοις ἐπανορθοῦσαν; ¶ Ἅπερ δὲ 1 τῷ κατὰ Πισιδίαν προηγόρευται πραίτωρι, κατὰ τὸν περὶ ἐκείνου γεγραμμένον νόμον, ταῦτα καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν προαγορεῦσαι καὶ τούτῳ. δεῖ γὰρ αὐτὸν τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνοντα ταύτην, πανταχόθεν ἄμισθον οὖσαν, καὶ αὐτὸν ἀδωρότατον εἶναι· καὶ ἀρκεῖσθαι μόνοις οἷς τὸ δημόσιον δίδωσι, καθὰ καὶ ὁ περὶ τῶν ἀρχῶν ἤδη τεθειμένος διαλέγεται νόμος, καθαρῶς τε καὶ δικαίως χρῆσθαι τοῖς πράγμασι· καὶ ὥσπερ αὐτῷ μεμιγμένα τὰ τῆς ἀρχῆς ἐστιν, οὕτως αὐτῷ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἁρμονίαν κεκρᾶσθαι, ποτὲ μὲν ὀξυτέροις τε καὶ ἐπιτεταμένοις, ποτὲ δὲ πρᾳοτέροις τε καὶ ἀνειμένοις τοῖς φθόγγοις.

¶ Καὶ μισείτω μὲν ἅμα καὶ κολαζέτω μοιχείαν 2 ἅπασαν, καὶ πρός γε ἐκείνοις, ἀνδροφονίαν· καὶ ἔτι σφοδρότερον τὰς τῶν παρθένων ἁρπαγάς. καὶ τοὺς ἀδικοῦντας, εἰ μὲν ἀθεράπευτα νοσοῖεν, καθάπαξ κολαζέτω· εἰ δὲ μετριώτερα, πρὸς

τὸ

caussa & iuramentum præstant) & secundum leges nostras diiudicent, omnémque æquitatem & iustitiam subditis impertiant. Eo pacto cum reipublicæ suæ statum veteres Romani exornarent, omnibus aliis rebus publicis potiti sunt. Quis enim hunc magistratum non reuereatur simul & horreat, videns duplici eum forma excubias agere, tum vt quæ lex iubet, facile ordinet, tum verò si quid de lege violetur, vt hoc armis corrigat?

1 ¶ *Quibus autem de rebus Prætorem Pisidiæ in lege quæ de ipso cōscripta est, appellauimus, de iisdem pulchrum putauimus & hunc appellare. Oportet enim vt cum vndique gratuitum hoc officium suscipiat, ab omnibus & ipse sordibus alienissimus sit, his solis contentus, quæ fiscus præstat, prout iam ante de præsidalibus officiis lata lex differit: vt item in rebus gerendis syncerum & iustum se præbeat, ac quomodo administrationis ratio permista est, ita & ipse harmoniam animi sui nunc acutioribus & intentis, nunc lenioribus & remissis sonis contemperet.*

2 ¶ *Odio quoque habeat & puniat omne adulterium, ad hæc homicidium, sed multo his vehementius raptus virginum. Cæteros etiam maleficos, si quidem incurabili morbo laborāt, citra exceptionē puniat: si verò mediocriter, ad meliorem*

τὸ κρεῖττον μεθαρμοζέτω. ἐρυθριάτω δὲ τῶν ἀδικούντων μηδένα, κἂν εἰ πλούσιος, κἂν εἴ τινος ἀξίας ἐπείληπται μείζονος. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐκ τῶν σεμνοτέρων αὐτὸν καταλόγων στελλόμεθα, ὅπως ἂν οἴκοθεν ἔχοι τὸ μηδενὶ προσέχειν ἑτέρῳ, πλὴν ἡμῖν τε καὶ τοῖς νόμοις· καὶ δικάζειν μὲν κατ᾽ ἐκείνους, τὸ δὲ ὑπήκοον ἁρμόζειν εἰς τὸ κατ᾽ αὐτοὺς πολιτεύεσθαι.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Καὶ μηδὲ ῥαθυμεῖν, μήτε ἀδικεῖν· ὥστε μή τινας ἐκ τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχει, καταλιμπάνειν μὲν τὴν χώραν, διὰ τὰς ἀδικίας τὰς ἐκεῖσε, συνεχῶς δὲ ἡμῖν ἐνοχλεῖν. ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀκροατὴς γινέσθω πρότερον τῶν προσαγγελλομένων, καὶ ταῦτα διακρινέτω, καὶ ἀεὶ μεμνήσθω τῆς παραδεδομένης αὐτῷ παρ᾽ ἡμῶν τιμῆς, καὶ οὕτω χρήσθω τοῖς ἀρχικοῖς πόνοις, ὡς ἐπαινετὴν αὐτῷ καὶ ἀνυπεύθυνον γίνεσθαι τὴν ἀρχήν. Ἐκεῖνο σαφῶς ἐπιστάμενος, ὡς εἰ μέν τις ἔλθοι πρὸς ἡμᾶς, μὴ προσαγγείλας αὐτῷ τὰ οἰκεῖα πάθη, καὶ ἀποπειραθεὶς εἴγε τυγχάνοι τῶν δικαίων, τοῦτον αὐτῷ πέμψομεν, ἀποκρίσεως αὐτῷ μεταδόντες οὐδεμιᾶς· εἰ δὲ προσαγγείλειεν, εἶτα τῶν δικαίων μὴ τυχὼν, εἰς ἡμᾶς καταδράμοι, οὐκέτι ἡμεῖς οὐκ ἐκείνῳ τὸ λοιπὸν, ἀλλ᾽ αὐτῷ τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι δικασταὶ γνωσόμεθα· καὶ ὥσπερ αὐτῷ

meliorem frugem transponat. Insuper neminem improbè agentium reuereatur, etsi diues, etsi maiore aliqua dignitate præditus sit. propterea enim de numero præstantiorum electum ipsum mittimus, vt pro sua potentia necesse non habeat cuiquam alij attendere, quàm nobis & legibus, secundum quas & ipse iudicet, & subditos vitam instituere procuret.

CAPVT III.

Sed neque socordiæ se dedat, neque alicui iniuriam faciat, ne eius prouinciæ homines cui præest, propter iniurias illic acceptas regionem suam relinquãt, & continuè nobis hic facessant negocia. Quin ipse prius audientiam his quæ ad eum referuntur, præbeat, eáque disceptet: & vsque memor honoris quem illi detulimus, ita administrationis laboribus se exerceat, vt laudem inde, & à rationibus gesti magistratus reddẽdis dicendáq; caussa immunitatem consequatur. Illud certò sciens, quòd si quis nos adeat referens domesticam sibi rem incommodis affectam esse, si quidem expertus apud eum, ius suum obtinuisset, hunc ipsum sine aliquo dato responso remittemus. si verò cum prius ad ipsum retulisset, deinde non obtento iure suo, ad nos decurrat, tunc non illi nos in posterum, sed ei qui magistratu fungitur, iudicium constituemus. & quemadmodum

ampliorem

πραγμάτων διοικήσει, καὶ τὴν εἴσπραξιν ποιεῖ-
σθαι καθ' ὅπερ νῦν ὑφηγησόμεθα σχῆμα.

ΚΕΦΑΛ. β.

Τὸ μὲν γὰρ τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν τρακτευτῶν
ὄνομα οὐδὲ εἶναι παντελῶς βουλόμεθα, πρὸς
τὰ ἔμπροσθεν βλέποντες παραδείγματα, καὶ τὴν
πολλὴν αὐτῶν ἐπήρειαν, ἣν τοῖς ἀθλίοις ἐπῆγον
συντελέσιν. ὀνομάζεσθαι δὲ βουλόμεθα κατ' οἰκίαν
ἑκάστην, κινδύνῳ τῆς ὅλης κομητιανῆς τάξεως, καὶ
τῶν δεκατειῶν τῶν προεστώτων (οὓς δὴ μαγίστρους
πρώτους καὶ δευτέρους καλοῦσιν) ἑτέρους τοὺς μετ'
αὐτοὺς εὐθὺς ἀπονεμομένους δεκατρεῖς, ὥσπερ ὡς
εἴρηται, κατ' οἰκίαν ἑκάστην. τούτους δὲ δὴ τοὺς μετὰ
τοὺς προτέρους δεκατρεῖς ποιεῖσθαι τὴν εἴσπραξιν,
καὶ περισώζειν τὰ οἰκεῖα τῷ δημοσίῳ· προνοεῖν δὲ
καὶ τῆς ἀπαθείας τῶν συντελῶν, ἐφ' ᾧ παρὰ μηδενὸς
αὐτοὺς μηδεμίαν ὑφίστασθαι βλάβην· γινώσκον-
τας ὡς ἡ ἐντεῦθεν ἐπιγινομένη ζημία τοῖς ὑπο-
τελέσιν πολλῷ πλείων τὴν αὐτῶν ὀφείλει περιου-
σίαν, οἷα καὶ τοῦ κινδύνου ἐπ' αὐτοὺς φερομένου πά-
σης τῆς δημοσίας εἰσπράξεως. Μηδ' ὁτιοῦν δὲ παρέ-
χειν παντελῶς μηδὲ τοὺς πρώην καλουμένους πρώ-
τους καὶ τοὺς δευτέρους μαγίστρους, μήτε τοὺς μετ'
αὐτοὺς νῦν δεκατρεῖς (οὓς ἐθεσπίσαμεν τὴν αἴτη-
σιν τῶν δημοσίων ποιεῖσθαι) μήτε ἄλλον μηδένα
τῶν τῆς κομητιανῆς τάξεως, τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέ-
πτῳ ἀνθυπάτῳ, ἢ προφάσει ὀνομασίας, ἢ ἑτέρας

ad ipsam pertinuisse scimus. quæ vero Comitiana prius cohors erat, imperialium rerum administrationi insistat, & exactionem conficiat, ea scilicet forma quam modo explanabimus.

CAPVT II.

CVratorum etenim & tractatorum ne nomen quidẽ omnino superesse volumus, respicientes ad vetera exempla, & nimiam læsionem quã miseris illi collatoribus induxerũt. sed per singulas domos, & totius Comitianæ cohortis, tredecimque primatium, quos primos & secundos magistros vocant, periculo, alios tredecim, qui statim post illos separati sint, nominari volumus, singulos (vt dictum est) ex singulis ædibus: & post priores tredecim exactioni incumbere, & seruare fisco quæ sua sunt. prospicere item collatorum indolentiæ, & ne quid ab aliquo ipsorum damni sustineant: scientes quòd damnum ex caussa collatoribus irrogatum, multo magis ipsorum facultates respiciet, cùm totius publicæ exactionis periculum ad ipsos deuoluatur. Sed neque eos qui primi & secundi prius magistri vocitãbantur, neque tredecim illos, qui post ipsos modo separati sunt, quos profligationem tributorum facere sanximus, quidquam omnino spectabili pro tempore Proconsuli præbere, vel nominationis titulo, vel quæcunque

διασδήποτε αἰτίας, μόνον ἀνὰ quinquaginta solidorum παρ' ἑκάστου τῶν δικαστειῶν πρακτόρων τοῖς προτέροις τρισκαίδεκα μαγίστροις παρεχομένων.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Αὐτοὺς μέντοι τοὺς ἀπαιτητὰς μηδ' ὁτιοῦν κομίζεσθαι πλέον παρὰ τῶν γεωργῶν, ἢ τῶν ὅλως ὑπομενόντων δι' αὐτῶν τὴν εἴσπραξιν, πλὴν τῶν περιεχομένων τοῖς τύποις Νικήτου τοῦ τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης, καὶ ἀφορισθέντων τοῖς ἀπαιτηταῖς· μὴ δυναμένων αὐτῶν πλάττειν ἐνέματα, καὶ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων τούτων ἐπάγειν ζημίας, ἀσπαστικῶν τε ἴσως, ἢ τρακτευτικῶν, ἢ ἑτέρας οἱασδήποτε προφάσεως, εἴτε εἰς συνήθειάν τινα δῆθεν ἀναφερομένης, εἴτε εἰς οἱανοῦν ἐπήρειαν. τούτων γὰρ πάντων ἐλευθέρους τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς φυλάττεσθαι βουλόμεθα. μάλιστα γὰρ αὐτοὺς ἐλευθεροῦμεν τοῦ πονηροῦ τε καὶ ὀλεθρίου δασμοῦ, ὃν τοῖς κατὰ καιρὸν παρέχοντες τρακτευταῖς ἠλαττοῦντο περί τε τὸ δημόσιον περί τε τὰς οἰκείας ἀπογραφάς. ἀλλὰ κἂν εἴτις τύπος ᾖ βουλόμενος παρέχεσθαί τι τοῖς τρακτευταῖς, ἢ μακρὰ συνήθεια, καὶ ταύτην ἀναιροῦμεν. αὐτὸ γὰρ δὴ τὸ τοῦ τρακτευτοῦ περιελόντες ὄνομα, καὶ πᾶν τὸ εἰς αὐτὸν ἀνῆκον εἰκότως συναφαιρούμεθα, ταύτην ἰδικὴν φιλοτιμίαν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι διδόντες. εἰ δέ τις θαῤῥήσειε τῶν πρακτόρων ἕτερόν τι λαβεῖν

alia de caussa: si quinquageni solidi aurei ab vnoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magistris prabeantur.

CAPVT III.

Porro neque ipsos exactores amplius aliquid à rusticis, aut denique iis qui ab ipsis exactionem tolerant, accipere, quàm quæ formis Nicetæ magnificæ memoriæ continentur, & exactoribus deputata sunt: nequeuntibus ipsis nomina fingere, & damna pro hisce nominibus inducere per caussam Apacticon, seu tractatoriarum, vel quocunque alio prætextu, siue ad aliquam consuetudinem, siue ad quamcunq; vexationem porrigatur. cùm enim ab omnibus illis collatores nostros liberos conseruari volumus: tum improbo etiam & pernicioso tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat vt circa publicum & suas descriptiones idonei non essent. quin & si forma aliqua sit pragmatica, quæ velit tractatoribus aliquid præberi, aut longa consuetudo: etiam hanc tollimus. sublato enim ipso nomine tractatorum, meritò quicquid ad eam caussam peruenit, vnà sustollimus, specialem hanc collatoribus nostris largitatem impartientes. Quod si quis exactorum præter ea quæ forma beatiss. Nicetæ definita sunt, quæ sola ipsos ferre concedimus, aliud quiddam ausus

λαβεῖν παρὰ τὰ διωρισμένα τῷ τύπῳ Νικήτου τοῦ μακαριωτάτου (ταῦτα γὰρ μόνα κομίζεσθαι συγχωροῦμεν αὐτοῖς) ἴστω καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς ἀξίας καὶ οὐσίας ἐκπιπτόμενος τῆς αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. δ.

Ἐπειδὴ δὲ εἰκός ἐστιν ἐν τοῖς δέκα καὶ τρισὶ πράκτορσι (διότι κατὰ βαθμὸν εἰς ταύτην προϊέναι τὴν τάξιν αὐτοὺς θεσπίζομεν) οὐκ εἶναι πρὸς τὸ πρᾶγμα ἐπιτήδειον, μένειν μὲν αὐτῷ καὶ οὕτως τὴν ἐκ τοῦ βαθμοῦ πρόσοδον συγχωροῦμεν, θεσπίζομεν δὲ τοὺς δεκατρεῖς τοὺς προτέρας μαγίστρας, καὶ πρός γε τοὺς μετ᾿ αὐτοὺς ἕτερόν τινα βοηθὸν αὐτῷ προσονομάζειν, κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ τῶν ὄντων αὐτοῖς πραγμάτων, ὃς τῷ πράγματι χρήσεται προσηκόντως. ὥστε μήτε τὸ δημόσιον ἀδικεῖσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου, μήτε ἐκεῖνον ἐκπίπτειν τῆς ἐκ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ βαθμοῦ παραμυθίας· δηλαδὴ κινδύνῳ τῶν δεκατρειῶν μαγίστρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετ᾿ αὐτοὺς, τῆς τοῦ βοηθοῦ τοῦ μὴ πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείου προβολῆς γινομένης, ὡς εἴρηται. Καὶ μεγάλην ἡμῖν τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας δεήσει χάριν ὁμολογεῖν, ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῶν πολλῶν ἐκείνων ζημιῶν ἃς ἔμπροσθεν τοῖς μαγίστροις παρεῖχον, καὶ τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέπτῳ κόμητι, καὶ τῇ αὐτοῦ τάξει. διὰ τοῦτο δὲ αὐτοὺς τούτων ἁπάντων ἠλευθερώσαμεν, ἵνα μηδὲ αὐτοὶ τοὺς ὑποτελεῖς ἀδικοῖεν, μηδὲ τὰς προφάσεις ἐκείνας, ἃς εἰς ἐπήρειαν ἐπινοοῦντες,

introit

fuerit accipere: sciat, tam militia se, quàm dignitate, & sua substantia casurum.

CAPVT IIII.

QVoniam verò fieri potest, vt inter tredecim exactores (siquidem vt gradatim ad hunc perueniant ordinem, sancimus) vnus aliquis ad expediendam exactionem idoneus non sit: concedimus, vt sic quoque reditus quidem ex eo gradu saluus illi permaneat. Cæterum sancimus, vt tredecim illi primores magistri, & insuper qui post ipsos sunt proximi, proprio bonorũ suorum periculo alterũ quempiam illi adiutorem adnominent, qui conuenienter pro illo exactionem expediat: vt neque per illius imbecillitatem iniuria afficiatur fiscus, neque ille temporis & gradus sui solatio defraudetur, promotione videlicet adiutoris eius, qui ad hoc munus idoneus non est, facienda periculo (vt dictum est) tredecim primorum magistrorum, & aliorum qui post illos sunt proximi. Ac magnas merito nobis gratias publicorum tributorum exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damnis, quibus antea tam magistris, quàm spectabili pro tẽpore comiti, eiúsq; cohorti obnoxij erant, eos liberauerimus. Propterea autem hisce omnibus eos liberauimus, vt neq; ipsi collatores nostros iniuriis opprimant, neque prætextus excogitent

introitus τὲ καὶ ἕτερα ὀνομάζοντες, τὸν τῶν γεωργῶν καταλύουσι βίον. ἀλλὰ μόνοις ἀρκούμενοι τοῖς παρεχομένοις τοῖς ἐπιτρόποις, κατὰ τὸν τύπον Νικήτου τοῦ τῆς λαμπρᾶς μνήμης, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπέχοιντο.

ΚΕΦΑΛ. ς.

Αὐτῷ δὲ τῷ περιβλέπτῳ ἀνθυπάτῳ ἁπάντων ὁμοίως ἔσαι φροντὶς, εἴτε καθεστήκοι τὶ πολιτικὸν, εἴτε εἰς τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν, εἴτε εἰς τὴν ταμειακὴν οὐσίαν βλέπον· καὶ οὐδενὸς ἀμελήσει τῶν πάντων, ἐπειδὴ καὶ μείζονα τῶν ἄλλων ἄρχοντα δοῦναι τῷ τόπῳ βουλόμεθα. νενομισμένον γὰρ τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις ὂν τὰς ἐπαρχίας ἀποκληροῦν ἢ τοῖς γινομένοις ὑπάτοις, ἢ τοῖς ἀντ' ἐκείνων στελλομένοις (οὓς ἀνθυπάτους ἐκάλουν) διὰ τοῦτο καὶ τὴν Καππαδόκων ἀρχὴν ἀνθυπατείαν εἶναι βουλόμεθα, ἣ τινι Ῥωμαῖοι πρότερον τὴν ἐν Ἀφρικῇ κατεκόσμουν ἀρχήν. ἣν ἡμεῖς νῦν τοσοῦτον ηὐξήσαμεν, ὡς τὸν παραλαμβάνοντα ταύτην τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑπάρχοις τῶν ἱερῶν ἡμῶν συναριθμῆσαι πραιτωρίων. καλείσθω τε ὁ ταύτης ἡγεμὼν τῇ πατρίῳ φωνῇ, *proconsul Iustinianeus Cappadociæ*. ὥστε καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἔχειν ἴδιον, καὶ τὸν ἀρχηγέτην συνονομάζειν τῷ πράγματι. δέξαιτο γὰρ ἂν ὁ τῆς ἀρχῆς κρατῶν τὸ τοιοῦτον σχῆμα

introitus illos aut aliter nominantes, quibus rusticorum facultates eneruent: sed his solis contenti, quæ secundum formam Nicetæ claræ memoriæ curatoribus præbebantur, omnibus aliis abstineant.

CAPVT V.

IPsi verò spectabili proconsuli omnium ex æquo rerum cura imminebit, siue ciuile aliquod sit, siue ad militarem magistratum, siue ad potestatem Tamiacam respiciat, neq; quidquam omnium negliget. Ac quoniam maiorem huic loco, quàm cæteris, magistratum attribuere volumus, & veteribus Romanis in more fuit, vt vel designatis consulibus, vel his qui illorum loco proficiscerentur, quos proconsules vocitabāt, prouincias sortirentur: propterea & Cappadocum magistratum proconsulatum esse volumus, quo in Africa prius Romani imperium suum exornarunt. Et in tantum illum nos magistratum auximus, vt eum qui hunc suscipit, gloriosissimis sacrorum nostrorum pratoriorum præfectis connumeremus. Appellatórque patria lingua is qui huic præsidet, Proconsul Iustinianeus Cappadociæ, *vt & appellationem magistratui propriam habeat, & simul ex re ipsa Archegetes, quasi primarius magistratus nominetur. susceperit enim is qui hunc magistratum obtinet, facilè talem*

σχῆμα ῥᾳδίως. ἐπεὶ καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ἐκτεινομένην προφάσει τῆς ταμιακῆς κτήσεως, καὶ εἰς τόπους ἑτέρους· καὶ ὅλως ἔσται σεμνή, τοσούτοις ἐφεστῶσα πράγμασί τε καὶ ἀνθρώποις, καὶ διαθήσει γε συνολώτερον ἅπαντα, τῆς στρατιωτικῆς αὐτῷ παραζευγνυμένης ἰσχύος. τὰ μὲν οὖν πολιτικὰ πράξει κατὰ τοῦτο δὴ τὸ συνειθισμένον· τῶν στρατιωτῶν δὲ ἡγήσεται σφόδρα συνόλως, εἶτα κἀκείνων ὑποκεκλιμένων αὐτῷ. ¶ Προσεχέτω δὲ μάλιστα τὸν νοῦν τῇ τῶν ταμιακῶν διοικήσει πραγμάτων. ἅπερ εἰς οὕτω δεινὴν καὶ πανταχόθεν κεκαπηλευμένην ἐξωλίσθησεν ἀπορίαν, ὡς μηδενὸς ἄξια σχεδὸν αὐτὰ καθεστάναι. τοσαῦτα γὰρ μεμαθήκαμεν ἁμαρτάνεσθαι κατὰ τὴν χώραν, ὅσα μόλις ἀνδρὶ τῶν μεγίστων ἐστὶ πρὸς θεραπείαν εὔκολα. οἱ γὰρ τὰς τῶν δυνατῶν ἐπιτροπεύοντες κτήσεις ἀλλ' ἤδη καὶ ἐρυθριῶμεν εἰπεῖν μεθ' ὅσης ἀλῶνται τῆς ἀτοπίας, καὶ ὡς δορυφόροι τε αὐτοὺς θεραπεύουσι, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων οὐ φορητῶν ἀκολουθεῖ, καὶ λῃστεύουσιν ἅπαντες ἀναιδῶς. καὶ θαυμάζομεν ὅπως ἄχρι νῦν τὸ κατ' ἐκείνην ὑπήκοον ἐξήρκεσεν ἀδικούμενον. τοιγαροῦν ἡμέρας ἑκάστης εὐχομένοις τε ἡμῖν καὶ τὰ κοινὰ πράττουσι πλῆθος πρόσεισι Καππαδοκῶν ἀδικουμένων· καὶ πολλοὶ μὲν ἐν αὐτοῖς ἱερεῖς, γυναῖκες δὲ ὡς πλεῖσται· καὶ πάντες ὀδύρονται, καὶ τὴν τῶν οἰκείων ἀφαίρεσιν αἰτιῶνται πραγμάτων. ἐπεὶ μήτις ἐπὶ

1

σιώπη

formam, quādo & potestatem per se magnam, & per caussam Tamiacæ possessionis etiam ad alia loca protensam habeat. In summa tot rebus hominibúsque præsidens dignitate & auctoritate affluet, adiunctísq; militaribus copiis omnia disponet minore negocio. Ciuiles igitur res conficiet more solito: militaribus vero & ipsis commode præibit, nempe & illis se ipsi submittentibus.

1 ¶ Sed cumprimis animum aduertito ad rerum Tamiacarum administrationem, quæ in tam grauem & omnium cauponationibus expositam inopiam delapsæ sunt, vt in nullo ferè amplius precio existant. Tot tantáque enim edocti sumus per prouinciam delinqui, quæ vix amplissimo cuique adhibita medicina curare facile est. Nam qui potentium possessiones procurant (sed pudet nos iam propemodum dicere) quanta cum insolentia passim oberrant, vt stipatores illis inseruiant, vt non ferenda hominum multitudo ipsos sequatur, vt impudenter omnes latrocinentur: miramúrq; sedulò, quomodo eo loci subditi tot perferendis iniuriis suffecerint: Inde adeo quotidie Cappadocum iniuriis oppressorum multitudo occupatos nos & rempublicam tractantes adit, ex quibus multi sacerdotes, plerumque mulieres, qui omnes lamentantur, queruntúrq; res suas sibi ablatas esse, quando nemo in proximo

σύνεγγυς ὁ τὰ τοιαῦτα κωλύειν ἰσχύων. ἡ ταμιακὴ δὲ κτῆσις ἤδη σχεδὸν ἰδιωτικὴ γέγονεν ὅλη, διασπωμένη τε καὶ ἁρπαζομένη σὺν αὐταῖς ταῖς τῶν ἵππων ἀγέλαις. ἀντιφθεγγομένου παντελῶς οὐδενός, ἀλλὰ τὸ στόματος αὐτοῖς ἐμφραττομένου χρυσίῳ. ΚΕΦΑΛ. ϛ.

ΔΙΑ ταῦτα τοίνυν ἵνα τῶν ἡμῖν γνωρισμάτων ἐπιστῆσαι τῇ χώρᾳ ταύτῃ βουλόμεθα, ὅς δὴ ταύτης τῆς τριπλῆς ἡγήσεται τάξεως, μόνος ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην περιφέρων ἀρχήν τε καὶ ἐξουσίαν· καὶ χρώμενος μὲν τοῖς παρασήμοις τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς, ὄχημά τε ἐξ ἀργύρου καὶ πέλεκυν καὶ ῥάβδους ἔχων, καὶ ὅσα σημεῖα καθέστηκεν ἀρχαῖα τοῦ νόμου. ἐπιτάξει δὲ καὶ τοῖς στρατιώταις, καὶ ἐπιμελήσεται τῶν ταμιακῶν πόρων, ὥστε φοιτᾶν αὐτοὺς ἀνελλιπῶς ἁπάσαις ταῖς ἐπὶ τούτῳ τεταγμέναις ἀρχαῖς· καὶ πολλῷ μᾶλλον εἰς τὰ ἡμέτερα βασίλεια. καθάπερ καὶ νῦν προσέρχονται, προφάσει τῶν τε εἰς ἡμᾶς κομιζομένων τῶν τε εἰς τὴν θειοτάτην καὶ εὐσεβεστάτην αὐγούστην, τὴν ἡμετέραν σύμβιον, ἔντε χρυσίῳ καὶ ἐσθῆτι. οὐδὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἐλαττωθῆναι βουλόμεθα. ¶Οὐ μὴν κατὰ τὸ τοιοῦτον δίδοσθαι σχῆμα καθάπερ μέχρι νῦν, ἵν τε κλοπῶν καὶ τῆς τῶν ὑποτελῶν ἐπηρείας, καὶ δόσεως ὀνόματι (ταῦτα γὰρ ἅπαντα καὶ μισοῦμεν, καὶ τῆς ἡμετέρας ἐκβάλλομεν πολιτείας) ἀλλ' ἐξ αἰτιῶν δικαίων τε καὶ νομίμων, ἃς καὶ ὑποτιθῶμεν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν παρεκελευσάμεθα νόμῳ. ὥστε ταύτας κομιζομένων τὴν

κατὰ

proximo sit, qui huiusmodi prohibere valeat. Tamiaca certe possessio iam penè in formam priuatæ redacta est, tota conuulsa, direptáque vnà cum suis equitiis, nemine omnino reclamante, ore scilicet ipsis auro obstructo.

CAPVT VI.

His igitur de rebus vnum aliquem ex perspectissimis nobis regioni huic præficere decreuimus, qui triplici huic ordini præsit, solus omne in se imperium & potestatem circumferens, ciuilis officij vtens insignibus, habens in vsu vehiculum ex argento, securim, fasces, & quæcumque olim proconsularis imperij fuerunt insignia. præcipiet autem & militibus, & curam geret Tamiacorũ redituum, vt sine vllo detrimento & cessatione omnibus ad hoc ordinatis magistratibus obueniãt, multóque magis ad nostrum palatium, quemadmodum etiamnum occasione eorũ quæ vel nobis, vel sacratissimæ & pientissi. Augustæ con iugi nostræ inferũtur, tam in auro quàm veste ingrediãtur. nihil enim illinc volumus decedere.

1 ¶ Non tamen vt ea forma præbeãtur, qua hactenus, ex rapinis scilicet, & ex titulo læsionis dationísq; collatorum (hæc enim omnia tũ odio prosequimur, tum è nostra eiicimus republica) sed ex iustis legitimísque caussis, quas subiici sacræ huic nostræ legi iussimus, vt eas ferens is

qui

κατὰ καιρὸν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, εἰσφέρειν, ὡς εἴρηται, τὰς quinquaginta τοῦ χρυσίου λίτρας τῇ θειοτάτῃ αὐγούστῃ τῇ ἡμετέρᾳ συμβίῳ. τὴν γὰρ ἀρχὴν προῖκα καθιστῶμεν ἡμᾶς, καὶ ἀδωρότατου τὰς χειροτονίας ἐπ᾽ αὐτῇ τίθεμεν, καὶ ἔσται παντελῶς οὐδὲ εἷς ὃς ὑπὲρ ταύτης τι λήψεται.

¶ Ἀλλὰ καὶ σίτησιν αὐτῷ μὲν ἄχει χρυσίου λιτρῶν viginti δίδομεν, καθὼς ὑποτέτακται. τῷ δὲ αὐτοῦ παρέδρῳ, ἄχει χρυσίου λιτρῶν δύο παρέχομεν. λήψεται δὲ καὶ ἡ τάξις ἑκατέρα τὶ παρὰ τοῦ δημοσίου μέχει νῦν χορηγούμενον, κατ᾽ οὐδὲν παντελῶς ἐλαττούμενον. οὐδὲ γὰρ κατά τι τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐλαττοῦμεν, καὶ μάλιστα τοῦ ἐνδοξοτάτου τούτου πραιποσίτου τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων. μένειν γὰρ ἐπὶ Καππαδοκίᾳ καὶ αὐτὴν καὶ τὴν ὑπ᾽ αὐτὴν τῶν καθωσιωμένων παλατίνων σχολὴν ἐπὶ τῆς ὁμοίας ἐξουσίας τε καὶ τάξεως καὶ ταυτοῦ σχήματος θεσπίζομεν· οὐδὲν μέντοι παντελῶς ἐντεῦθεν κομιζομένην, οὔτε λόγῳ συνηθειῶν, οὔτε κοινόνων· οὔτε ἐν χρυσίῳ, οὔτε ἐν ἐσθῆτι, οὔτε ἐν ἑτέροις εἴδεσιν· οὔτε παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν αὐθυπάτου, οὔτε παρὰ τῆς αὐτοῦ τάξεως. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τὸ καθαρὸν φυλαχθείη. ὑπὸ μίαν γὰρ τὸ πρᾶγμα συνάγομεν ἐπὶ τῆς χώρας ἀρχὴν, ἵνα μὴ τῷ διασπᾶσθαι χωλεύῃ.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Πρόνοιαν τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ παρ᾽ ἡμῶν στελλόμενος θέσθαι πολλὴν τῶν ταμιακῶν κτή-

σεως

qui pro tempore hunc gerit magistratum, sacratissimæ Augustæ cõiugi nostræ quinquaginta *auri libras prout dictum est inferat. Magistratum etenim gratis nos creamus, & ordinationes eius absq; omnibus procedere largitionibus sancimus: neque quisquam erit, qui pro hac quidquam capiet.* 2 ¶ *Sed & annonas ipsi quidem ad viginti vsque auri libras damus, prout subiicitur. adsessori vero eius præbemus ad duas auri libras. capiet item vtraque cohors id quod vsque adhuc è publico suppeditabatur, nullo prorsus modo deminutum. nulla enim re hũc magistratum minuimus**: *& maximè gloriosissi. Præpositi sacri nostri cubiculi. siquidem & hunc & suppositam ipsi deuotissi. Palatinorum scholam in Cappadocia simili cum potestate, ordine & figura manere sancimus: non tamen quidquam exinde ferentem vel consuetudinum vel annonarum titulo, vel in auro, vel in veste, vel in aliis speciebus, neque à* spectabili *pro tempore proconsule, neque ab eius coborte. nam aliter puritas conseruari nequeat. sub vnum enim magistratum, quidquid in ea regione geritur, contrahimus, ne conuulsione ipsa claudicet.*

CAPVT VII.

SAnè Tamiacæ possessionis curam & rationem magnam habebit is ipse, qui ad hoc à nobis officiũ proficiscitur: & circumspiciet, si

qui à

σιας, καὶ ὀφείλαι τὸ παραιρεθὲν τῆς ταμειακῆς
γῆς, καὶ μάτην ὑφ' ἑτέρων κατεχόμενον, εἴτε
ἐν νομαῖς, εἴτε ἐν ἀρωσίμοις, εἴτε ἐν οἰνοφύ-
τοις τόποις, εἴτε ἐν χωρίοις, εἴτε ἐν οἴκοις· καὶ
ἐκδικήσει τῷ πράγματι τὴν ἀρχαίαν γῆν,
οὐδεμιᾶς ἀντιτιθεμένης αὐτῷ χρονίας παρα-
γραφῆς. οὐ γὰρ ἄν τις ἀντιθείη τοιοῦτό τι τῷ
δημοσίῳ, οὐδὲ πρὸς κέρδος πράττων, οὐδὲ
ἵνα τὴν οὐσίαν αὐξήσειεν τὴν αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ
ἐλάττωσις μᾶλλον ἤπερ αὔξησις ἐστί, τὸ χερσὶ
ῥυπώσαις χρώμενον οἴεσθαί τι κερδαίνειν, ὅπερ
ὕστερον ἀποτίσει σὺν ἀσεβείᾳ τε καὶ αἰσχύνῃ
πολλαπλάσιον.

¶ Ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν διαφυλάξει παν-
τοίως ἀτάραχον, καὶ στάσιν οὐ συγχωρήσει λυ-
μαίνεσθαι τῷ πολιτεύματι. τοὺς δημοσίους τε
φόρους ἀγρύπνως καὶ μετὰ δικαιοσύνης εἰσπρά-
ξει, οὐδὲν τῶν κατ' ἐκείνους ἀμελῶν, οὐδὲ συγ-
χωρῶν ἢ τὸ δημόσιον ἢ τοὺς ἰδιώτας κατά τι
περὶ τὰ οἰκεῖα ζημιοῦσθαι, οἷα τὴν κατὰ πάν-
των ἐξουσίαν ἔχων· εἴτε στρατιῶται, εἴτε σκρι-
νιάριοι τῶν τε ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων τῶν τε
ἀνδρειοτάτων εἶεν στρατηγῶν· εἴτε πολιτικὴν
ἔχοιεν τάξιν, εἴτε ταμειακὴν ζώνην, εἴτε ἐπὶ
μειζόνων, εἴτε ἐπ' ἐλαττόνων ἀξιωμάτων εἰσίν.
εἴτε ἐν ἱερεῦσι τελοῖεν. ὡς γὰρ οὗτος ἅπασιν
ἄρχων ἐπιστήσεται, τῆς τε αὐτὸς αὐτοῦ δόξης, τῶν
τε ἡμετέρων νόμων, τοῦ τε θεοῦ πρὸ πάντων
μέμνη-

quid à Tamiaco solo detractum, & frustra ab aliis detentatum sit, siue in pascuis, siue in aruis, siue in locis vitibus consitis, siue in prædiis, siue domibus: & vetus solum rebus suis vindicabit, nulla lõgi temporis præscriptione illi opponenda. neque enim fisco licet tale quid opponere, [a] *neque lucrum captans, vt maximè patrimonium suum exinde collocupletet. nam depauperatio potius est, quàm locupletatio, si quis sordidis vtendo manibus, arbitretur ex eo lucrum se facere, quod multifariam postmodum cũ impietate & summo probro restituet.* 7 ¶ *Sed & ipsam vrbẽ ab omni prorsus perturbatione quietã conseruabit: neq; committet, vt seditio aliqua ordinem & administrationem reipublicæ corrumpat. Publica quoque tributa vigilanter & cum iustitia exiget, nihil in illis curæ prætermittens, neq; concedens, vt aut fiscus, aut priuati in aliquo circa res suas damnum sentiant: vt qui ex æquo in omnes imperium obtineat, siue milites, siue scriniarij sint tam gloriosiss. præfectorum, quàm magnanimorum magistrorum militiæ, siue in ciuili cohorte numerentur, siue cingulum Tamiacum gestent, siue in maioribus siue minoribus dignitatibus consistant, siue inter sacerdotes cooptati sint. Vnus enim hic magistratus omnibus præficietur: & tam suæ ipsius existimationis, quàm nostrarum legum & ante omnia dei*

[a] Sic clarius: neque enim quisquã tale quicquã fisco opponat, vt vel lucrum sentiat, vel substantiã suam inaugeat, &c.

μεμνημένος. ὃς τοὺς μὲν δημοσίους φόρους διὰ τῆς ἀνθυπατιανῆς τάξεως ἀνελλιπῶς εἰσκομίζεσθαι φροντιεῖ, τοὺς δὲ ταμειακοὺς πόρους διὰ τῶν ὑποκειμένων ἐκείνῳ πρώην τῷ θρόνῳ προσώπων εἰσοίσει· καὶ τοῖς δὲ ἔθους προσταττομένοις παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων πραιποσίτων τῶν θείων ἡμῶν προσέχων κοιτώνων· μὴ δυναμένων τῶν κατὰ καιρὸν ἐκπεμπομένων κανονικαρίων παρὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου πραιποσίτου, μέχρι ὀβολοῦ γοῦν ἑνὸς κομίζεσθαί τι, ἢ ὀνόματι συνηθειῶν, ἢ ἑτέρας τῆς οἱασοῦν αἰτίας, παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν συμμαρίου, ἢ τῶν τὰς δημοσίας εἰσπράξεις ποιουμένων, ἢ τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου, ἢ τῆς τάξεως τῆς αὐτοῦ, ἢ τῶν καλουμένων κατασκευαστῶν, ἢ πραιποσίτου, ἢ ἑτέρου οἱουδήποτε προσώπου ἀνήκοντος τῇ θείᾳ ἡμῶν περιουσίᾳ. Τῷ στρατιωτικῷ δὲ ἑκατέρᾳ τῶν φροντίδων τούτων βοηθήσει· παύσει τε τοὺς τῶν δυνατῶν δορυφόρους, καὶ οὐ συγχωρήσει τὰ χωρία πορθεῖσθαι καὶ λῃστεύεσθαι. οὐδὲ αὐτὸς περιελεύσεται ταῦτα, καθάπερ οἱ πρώην ἐποίουν κόμητες. οὐ μὴν οὐδὲ τοποτηρητὰς ἐκπέμψει· ἀλλὰ τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις καὶ τοῖς ἐκ τῆς αὐτοῦ τάξεως πρὸς ὑπουργίαν χρήσεται.

Εἰ δέ που καὶ στρατιωτῶν αὐτῷ δεήσει, τοὺς ἐκ τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ χρεία καλεῖ, βοηθεῖν προστάξει. καὶ οὗτοι δαπάναις οἰκείαις πάντα πράξουσι, καὶ οὐδὲν ζημιώσουσι τοὺς ὑπηκόους, οὐδὲ

καταν

memor, vt publica quidem tributa per proconsularem cohortem sine detrimento & cessatione importentur, curabit. reditus vero Tamiacos per subditas prius illi throno personas inferet, intendens etiam ad ea quæ pro consuetudine præcipiuntur à gloriosiss. præposito sacri nostri cubiculi: nequeuntibus ipsis canonicariis, qui pro tempore à gloriosissi. præposito emittuntur, vel saltem obolo tenus aliquid accipere vel consuetudinum nomine, vel quacumque alia de caussa, vel ab ipso pro tempore summario, iisve qui publicas exactiones conficiunt, vel à spectabili proconsule, vel eius cohorte, vel his qui Katasceuastæ quasi instructores vocantur, vel præpositis, vel quacumque alia persona ad sacrum nostrum pertinente patrimonium. At vero exercitu vtrique harum solicitudinum opem feret, sedabitque potentium satellites, neque committet vt loca depopulentur, & latrociniis infesta reddant. neque ipse ea percurret, quemadmodum prius facere solebant comites: neque item in locum suum dimittet vicarios, sed locorum defensoribus & cohortalibus suis ad id ministerium obeundum vtetur.

2 ¶ *Sicubi vero & militibus opus erit: ex iis locis milites, vbi necessitas postulat, opitulari iubebit. atque hi propriis ista sumptibus expedient, neque subditos damnis inuoluent, aut*

καταναλώσουσι προῖκα· ἀλλ' αὐτός τε τούτων
ἀφέξεται, χρώμενος δαπάναις οἰκείαις ἔνθα
ἂν εἴη (κἂν εἰ πρὸς ἑτέραν αὐτὸν προστάξοι-
μεν ἐλθεῖν χώραν) ὅ, τε πάρεδρος αὐτοῦ, καὶ ἡ
λοιπὴ θεραπεία ἀνθυπατιανῶν τε καὶ στρατιω-
τῶν καὶ εἴ τι τούτοις ἅπασιν οἰκετικόν τε καὶ ἐν
ὑποζυγίοις ἕπεται. ἀνάγκην ἐχόντων, καθάπερ
εἰπόντες ἔφθημεν, τῶν στρατιωτῶν, καὶ εἴ τινες
κατὰ τοὺς τόπους ἔχουσι, σχολάριοι τυχὸν ἢ δο-
μέστικοι, τοῖς ἐπιτάγμασι πείθεσθαι τοῖς αὐτοῦ,
τὸν ἐπὶ τῇ ζώνῃ καὶ τῇ περιουσίᾳ κίνδυνον ὑπο-
λαβόμενοι. δίδομεν γὰρ αὐτῷ παῤῥησίαν καὶ
ταύτης αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι, εἰ μὴ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ
προστατ τομένοις ὑπουργοῖεν. διότι βουλόμεθα τὴν
τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ταύτην, φοβερόν τε καὶ αἰ-
δέσιμον τοῖς ὑπηκόοις καθεστάναι. καὶ γὰρ εἴτε
στρατιώτης, ἢ ἀνθυπατικὸς, ἢ σχολάριος, ἢ
δομέστικος, προφάσει τῶν ἐπιταγμάτων τῶν
αὐτοῦ ζημιώσειε τὸν ἡμέτερον ὑποτελῆ, τοῦτο
προσήκειν ἐστὶν αὐτὸν ἐκ τῶν ἐκείνου σιτήσεων
οἰκείῳ κινδύνῳ λαβόντα, θεραπεῦσαι τὸν ἠ-
δικημένον. οὐ συγχωρήσει τε παντελῶς οὐδενὶ
οὐδὲ τῶν ἐντεῦθεν φοιτώντων, ἀδικεῖν τοὺς
ἡμετέρους ὑποτελεῖς. ¶ Ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν δη- 3
μοσίων ἵππων δρόμον ἀνεπηρέαστον φυλάξει.
οὐδὲν γὰρ ἐξαιροῦμεν τῆς δικαιοδοσίας τῆς αὐ-
τοῦ. καὶ εἴ τις τῶν ἐξ οἱ δήποτε δικαστηρίου πρὸς
τὴν χώραν φοιτώντων ἀδικοίη καὶ ὑπὲρ τὸ τε-
ταγμένον ἀπαιτοίη, τοῦτον μετελεύσεται.

ΚΕΦ.

gratis vlla ex parte sumptus facient, sed tam ipse his abstinebit, sumptum de suo faciens, vbicumque tandem erit, quamuis ad aliam ipsum proficisci regionem iubeamus: quàm etiam adsessor eius, & reliquum famulitium, siue ex proconsularibus, siue ex militibus, quamuis seruile etiam aut subiugale aliquod omnes hosce sequatur: necessitatẽ habentibus (vt prædiximus) militibus, & quicumque alij ibi locorum habitant, scholares fortè aut domestici, vt illius iussionibus obtemperent, cinguli & substantiæ suæ periculum reueriti. damus enim ei potestatem, vt & hæc illis adimat, nisi eius iussis appareant: propterea quòd eum qui hunc magistratum obtinet, velimus formidabilem subditis & venerandum existere. Etenim siue miles, siue proconsularis, siue scholaris, siue domesticus per caussam illius iussionum damni aliquid collatori nostro irrogauerit: conueniens est, vt ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepto, iniuria affecto medeatur. Postremo neq; vlli eorum qui ex hac vrbe eò commeant, collatores nostros iniuria tentari permittet.

3 ¶ *Sed & cursum publicorum equorum illæsum conseruabit.* Nihil enim ab ipsius iurisdictione excipimus. *Et si quis ex quocumque hinc iudicio ad eam regionem commeantium iniurius erit, & vltra deputatum & constitutum exegerit: hunc persequetur.*

ΚΕΦΑΛ. η.

Φροντιεῖ δὲ καὶ τῆς πόλεως, καὶ τῶν καλουμένων σιτωνικῶν, καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτῆς, καὶ παρασκευάσει κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον συγγράφεσθαι τοὺς λογισμοὺς, καὶ δαπανᾶσθαι καὶ τὰ ταμειακὰ καὶ πολιτικά. Καὶ εἴ τινα εὕροι τούτων τῶν τὰς συνήθεις δῆθεν ἐμφανεῖς καθισταμένων προστάξεις, ὅτι τὶς ἀφαιρεῖται τοῦ ὕδατος τοὺς ὁλκοὺς, ἢ ὅπως τὰ περὶ τὸ τεῖχος διάκεινται, ἢ εἴ τινες εἰσὶ γέφυραι κατὰ τὴν χώραν, ὁδοί τε ὅσαι, καὶ εἴτις ἄλλη τοιαύτη κατὰ τὸ πάλαι κακῶς πολιτευσάμενον καθέστηκε πρόφασις, καὶ τοῦτον ἀπελάσει πάντως τῆς χώρας, οὐ συγχωρῶν αὐτῷ οὐδὲ ἐμφανῆ τοιαύτην καταστήσασθαι πρόσταξιν, οὐδὲ κέρδος τι παντελῶς ἐκεῖθεν λαβεῖν. εἰ γάρ τινα συνίδοιμεν ὑποψίαν γενέσθαι, ταύτην ἡμεῖς, θείῳ πραγματικῷ χρώμενοι τύπῳ, πρὸς τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ταύτην, καὶ τῷ σῷ περὶ τούτων θρόνῳ κοινούμενοι τὸ πρᾶγμα διαθήσομεν, ὥστε μηδενὶ τὰς τοιαύτας ἀργυρολογίας βατάς τε καὶ ἐπιδρόμους ῥᾳδίως γίνεσθαι. ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχων, μάλιστα μὲν οἴκοθεν πάντα κωλύσει, εἰ δέ τινος καὶ σφοδροτέρου δεηθείη, μηνύσει τε πρὸς τὴν σὴν ὑπεροχὴν, πρός τε τὸν ἐνδοξότατον πραιπόσιτον, πρός τε τοὺς ἄλλους πανευφήμους ἄρχοντας, οἷα

CAPVT VIII.

CVram autem geret etiam ciuitatis, & eorum quæ ad frumentationem publicam pertinent, & sitonica appellantur, operúmque eius: & procurabit, vt secũdum legem nostram ratiocinia conscribantur, & tam Tamiaca quàm ciuilia insumantur. Et si quem eorum qui solitas illas iussiones insinuare consueuerunt, nempe quòd aquarum aliquis ductus impediat, & quòd quæ muros concernunt, diffundantur, aut quia pontes aliqui sint per prouinciam, aliquáve itinera, aut alia deniq; eiusmodi existat occasio, prout improbè olim fuit in vsu habitum, penitus ipsum prouincia expellet, nec permittet ei, vt vel iussionem eiusmodi insinuet, vel per hanc caussam quidquam omnino lucri capiat. Nam si nobis visum fuerit eiusmodi inspectionem operum celebrari, sacra pragmatica forma vsi ad eum qui hunc geret magistratum, communicato preterea de his cum throno tuo consilio, rem ipsam nos disponemus, ne cui facilè ad eius generis pecuniarum exactiones pateat aditus & acccessus. Omnia quoque quæ audierit improba, *prohibebit is qui hoc magistratu defungitur. Quod si vehemẽtiore aliquo & asperiore opus erit, certiorem ea de re faciet tam excellentiam tuam, quàm gloriosiss. præpositum, & alios celeberrimos magistratus, quibus*

τις ἐπὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα μετουσία, πρός τε ἡμᾶς αὐτοὺς· ἡμεῖς τε αὐτῷ τὸ πρακτέον ὑφηγησόμεθα.

¶ Σανίδας δὲ ἀνατίθεσθαι κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἄρχει, προσηγορίαν τινῶν ἐχούσας (ἀνῃρημένης τῆς βασιλείας καὶ τοῦ ταμείου) κωλύσει τοσοῦτον, ὥστε καὶ δημοσίαν ποιεῖν τὴν οὐσίαν τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχειρούντων, καὶ χειρῶν ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ταύτας ἐπιτιθέντας, εἰ παρόντες αὐτοὶ τολμῶσιν· εἰ δὲ οἱ τῶν ἀπόντων προνοοῦντες, μεγάλαις ἐκείνους ὑποθήσει βασάνοις. τοὺς μέντοι τίτλους ὅστις δήποτε τολμήσειεν, εἴτε παρὼν, εἴτε ὑπὲρ ἀπόντος πράττων, ἀναθεῖναι, καθελὼν εὐθὺς περιῤῥήξει ταῖς τῶν ἀναθέντων κεφαλαῖς· εἰδὼς ὡς εἰ ταῦτα μαθὼν ῥαθυμήσειεν, αὐτὸς ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ πράγμασι τῆς δημεύσεως αἰσθήσεται. 1

ΚΕΦΑΛ. θ.

ΤΩΝ δικῶν δὲ ἐπιμελήσεται σὺν πάσῃ συντονίᾳ, καὶ οὐκ ἐάσει τὸ γεωργικὸν, καθάπερ μέχρι νῦν, ἀδικεῖσθαι. οὐδὲ ἐνοχλήσουσιν ἡμᾶς ἔτι Καππαδόκαι, πολλὰ βοῶντές τε καὶ προσκυνοῦντες, καὶ ὀδυρόμενοι· ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῖς διαιτήσει. ἡμεῖς γὰρ εἴ τινα ἴδοιμεν ἐλθόντα, ὃς οὐ πρότερον αὐτῷ τὰ οἰκεῖα προσωδύρατο πάθη, τοῦτον

αὖθις

ad talem rem conficiendam aliquid adest facultatis: nos denique ipsos: & nos illi, quid facto opus sit, explanabimus. ¶ *Titulos vero prædiis apponere per prouinciam cui præsidet, continentes certorum hominum appellationem, excepto nomine maiestatis Imperatoriæ aut Tamij, hoc est ærarij, in tantum prohibebit, vt patrimonium eorum qui tale quid perpetrare moliantur, in publicum redigat, & manus abscindat eos imponentibus, si præsentes fortè id ausi fuerint. si vero procuratores absentium, ingentibus illos tormentis subdet. Titulos certè quicumque tandem affigere ausi fuerint, siue præsentes, siue absentium procuratores, detractos protinus ad capita eorum qui affixerunt, infringet: sciens fore, vt si id factum cognitum neglexerit, ipse bonorum suorum publicationem sentiat.*

CAPVT IX.

IVri dicundo cum summa animi intentione & cura incumbet, neq; (vt hactenus) rusticanos homines sinet iniuriis opprimi. Neq; amplius negotia nobis hic facessent Cappadoces, magno cum clamore supplicantes & lamentantes, sed ipse iudicem se illis & disceptatorem præbebit. Nam si quem huc aduenientem viderimus, qui non prius apud ipsum calamitates suas lamentando explicuerit, hunc

αὖθις ἐπὶ τῆς χώρας, σὺν ἀτιμίᾳ στελοῦμεν, διότι τὸν ἄρχοντα καταλιπὼν, εὐθὺς ἔδραμε πρὸς ἡμᾶς. εἰ δὲ οἱ μὲν προσίοιεν, καὶ λέγοιεν τοὺς ἀδικοῦντας, αὐτὸς δὲ ἐκδεδιῃτημένος ἤδη καὶ τρυφῶν οὐκ ἐπιστρέφοιτο τῶν λόγων, ἀλλ᾽ οἰμώζειν τοὺς ἱκετεύοντας καταλιμπάνοι, οἱ δὲ ἀναγκασθεῖεν τρέχειν εἰς ἡμᾶς (καὶ μάλιστα εἰ γυνὴ τις εἴη) ἡμεῖς τε μάθοιμεν ὡς οἱ μὲν προσῆλθον, ὁ δὲ οὐκ ἠμύνατο. τὸ πρᾶγμά τε εὐθὺς ὑποπτεύσομεν ὡς ἢ διὰ κέρδος, ἢ διὰ χάριν, ἢ διὰ θεραπείαν τινῶν γινόμενον, ἑαυτούς τε αὐτῷ παντοίως ἀντιστήσομεν· καὶ τριπλῆς αὐτῷ τῆς ἀρχῆς οὔσης, τριπλασίονα καὶ τὴν ἀντίστασιν ἕξει, πολεμοῦντος αὐτῷ τοῦ δικαίου τε, καὶ ἡμῶν καὶ τῶν νόμων.

¶ Ἅπερ αὐτὸν προσήκει διδόναι, καὶ τῶν ἡμετέρων παραγγελμάτων. ἀναμιμνησκόμενον ἅτινα δώσομεν αὐτῷ σὺν τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις (ἐκάλουν δὲ ταῦτα καὶ οἱ πάλαι *mandata principis*) πάντα πράττειν κατὰ τὸν ἡμέτερον σκοπὸν, γνώμης τε ἰσότητι, καὶ καθαρότητι χειρῶν χρώμενον· καὶ δικαιοσύνην τιμῶντα, ἧς οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἰσχυρότερόν τε καὶ κάλλιον, οὐδὲ οἰκειοῦν θεῷ τε καὶ βασιλεῖ μᾶλλον δυνάμενον. ὄντα γὰρ αὐτὸν τοιοῦτον, καὶ ὄντα παρ᾽ ἡμῶν μαρτυρούμενον, μόνον ἅπαντα πράττειν κατὰ τὴν ἐπαρ-

χίαν

nos denuo cum increpatione mittemus in prouinciam, propterea quòd relicto magistratu prouinciæ continuo ad nos decurrit. Si vero cum eos qui iniuriam intulerunt, conuenirent, ipse comessationibus deditus, & luxu iam perditus, illorum se orationibus non accommodauerit, sed supplices plorare permiserit, hique ad nos cogantur decurrere, & maximè si mulieres sint, nósq; edocti fuerimus, quòd hi quidem adierint, ille vero iniuriam vltus non est, protinus negotium vt suspectum habebimus, quasi propter lucrum, vel per gratiam, vel aliquorum obsequium factum, & nos ipsos illi prorsus opponemus: & cum triplicem magistratus functionem gerat, tripliciter quoque illi resistetur, tam ipso iure, quàm nobis, & legibus eum oppugnantibus.

1 ¶ *Quæ ipsum reueritum, memoria itē repetentem præcepta nostra, quæ illi vnà cum codicillis magistratus dabimus (appellabant autem ea maiores Mandata Principis) conuenit omnia secundū legem nostram agere, vtētem in cognoscendo æquitate, in rebus gerēdis puritate, vbique colentem iustitiam, qua nihil inter homines vnquam exstitit robustius aut pulchrius, quódve deum & imperatorem placare conciliaréque magis possit. Talis enim ipse cum sit; ita nostro quoque testimonio comprobatus: volumus vt solus omnia in prouincia*

confic

χίαν βουλόμεθα, οὐδὲ δικῶν ἑτέρου τινὸς ἀκροωμένου, οὔτε ἡμῶν ῥᾳδίως αἱρησομένων ἑτέρῳ τινὶ παραπέμπειν αὐτὰς, οὔτε ἐκπεμψόντων τινὰς ἢ προφάσει τοῦ βίας κωλύειν, ἢ κατ' ἄλλην οἱανοῦν δήποτε αἰτίαν. πρὸς τῷ κἂν εἴ τι τοιοῦτο μέχρι νῦν γέγονεν, ἢ ἐκ θείων ἡμετέρων τύπων, ἢ ἐκ προστάξεων ἀρχικῶν, τοῦτο πᾶσι σχολάζειν τρόποις, αὐτοῦ τὴν ὅλην ἀναλαμβάνοντος τῆς ἐπαρχίας διοίκησιν, καὶ ἑτέρῳ πάροδον ἔχειν παντελῶς οὐ συγχωροῦντος.

ΚΕΦΑΛ. ια.

ΚΑΙ ταύτην δὲ δὴ τὴν ἀρχὴν, κατὰ τὸ τῶν ἀνθυπάτων ἴδιον, ἐν ταῖς περιβλέπτοις τίθεμεν. καὶ τάς γε ἐκκλήτους τὰς παρ' αὐτοῦ τὴν σὴν ὑπεροχὴν ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, κατὰ τὸ τῶν consultationων σχῆμα, κρίνειν βουλόμεθα. εἰ δέ τις ἐξ ἑκατέρας Καππαδοκίας δίκη πεντακοσίων ἐλάττων χρυσῶν ἐφέσιμος γένηται, εἴτε ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως ὁ διδόμενος εἴη δικαστὴς, εἴτε ἐκ τινος ἀρχῆς (ὡς μέντοι μὴ περίβλεπτον αὐτὸν καθεστάναι) ταύτης αὐτὸς ὁ περίβλεπτος ἀνθύπατος ἀκροάσεται κατὰ τὸ τοῦ θείου δικαστηρίου σχῆμα, καὶ κατὰ τὸ θεῖον ἀκροατήριον· δίκαιον γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δίδομεν, καὶ κοσμοῦμεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν προνομίᾳ τοσαύτῃ, ὅσην οὐδεὶς μέχρι καὶ νῦν ἐν Καππαδόκαις τεθέαται.

conficiat, neque caussis audientiam alio quopiam præbente, neque nobis facilè vel in eam venturis sententiam, vt alicui alij hasce delegemus, vel occasione cohibendarum violentiarum, seu quacunque alia de caussa emissuris aliquos: vltra hoc, quòd tametsi tale quiddam vel ex sacris nostris formis, vel magistratuum iussionibus hactenus factum est, omnibus id vacaturum sit modis, ipso totius prouinciæ administrationem suscipiente, neque vlli omnino, vt accessum eò habeat, permittente.

CAPVT XI.

PОrrò autem hunc quoque magistratum, prout proconsulum proprium est, inter spectabiles ponimus, appellationésq; ab ipso transmissas, tuam excellentiam volumus vnà cum gloriosissimo quæstore sacri nostri palatij in forma & habitu consultationum disceptare. Si qua vero alia in Cappadocia caussa minor aureis quingentis per prouocationem suspendatur, siue nostro, siue alicuius magistratus iussu datus iudex fuerit, qui tamen non sit spectabilis: huic spectabilis ipse proconsul in forma sacri consistorij & vice sacri auditorij accommodabit audientiam. siquidem & hoc illi ius addimus: decoramúsque illi magistratum tam amplo priuilegio, quantum nullus in hunc vsque diem in Cappadocia obtinere visus est.

θέαται. ἴστω τε οὖν δίκαιος καὶ ὑψηλογνώμων, καὶ εἰς ἡμᾶς τε καὶ τὸν νόμον ὁρῶν· καὶ γινώσκων ὡς εἰ μὲν ταῦτα τηροίη, μενεῖ τε ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ μακρὸν, καὶ διαδέξεταί γε αὐτὸν ἴσως ἑτέρα μείζων ἀρχή· τῶν δὲ ἡμετέρων ἀμελήσας κελεύσεων, καί τινας τῶν δυνατῶν ἀλλ' οὐ τὸν νόμον καὶ ἡμᾶς θεραπεύων, θᾶττόν τε ἐκπεσεῖται τῶν δοθέντων, καὶ τὸ λοιπὸν ἐν κατεγνωσμένοις ἔσται, τῆς ἡμετέρας φανεὶς ἀνάξιος κρίσεως.

ΚΕΦΑΛ. ιβ.

Μοιχείας δὲ καὶ παρθένων ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας καὶ ἀνδροφονίας, καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων ἐστὶ πλημμελημάτων, οὕτω κόλαζε πικρῶς, ὡς ὀλίγων ἀνθρώπων τιμωρίᾳ τὸ λοιπὸν ἅπαν διηνεκῶς σωφρονῖσαι. καὶ ἔστω μετὰ τοῦ νόμου σωφρονιστὴς ἀκριβὴς τῶν ἁμαρτανόντων. οὐ γὰρ ἀπανθρωπία τοῦτο, μεγίστη δὲ δὴ μᾶλλον φιλανθρωπία, τῇ τῶν ὀλίγων ἐπιστροφῇ πολὺ τὸ σωζόμενον εἶναι. εἰ δὲ ἀνάσχοιτό τινος ἐπὶ τοιούτοις ἐγκαλουμένου, ὃς αὐτῷ ζώνην, ἢ ἀξίαν, ἢ ἱερωσύνην, ἤ τι τοιοῦτο προβαλλόμενος, ἐλπίσειεν ἑαυτὸν ἐξαρπάζειν τῶν ἐκείνου χειρῶν, ἴστω τῆς ἡμετέρας οὐκ ἄξιος φανησόμενος γνώμης. οὐδεμίαν γὰρ οὔτε ἰσχὺν οἰκείαν οὔτε τὴν ἑτέρωθεν προστασίαν οὐδεὶς προϊσχόμενος

ἐπὶ

est. Esto igitur iustus, & elato animo, & tam nos quàm legem præ oculis habeto: cognoscitóque, quòd si strenuè ista exequetur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & maior ipsum alius fortè magistratus excipiet. Cæterum si nostris iussionibus neglectis, potentiores aliquos, non legem aut nos colat & veneretur: tum primo quoque tempore iis quæ in ipsum collata fuerunt, excidet, tum decætero inter condemnatos habebitur, indignus nostro visus iudicio.

CAPVT XII.

Adulteria vero, & raptus virginum, & immoderatas illicitásq;, & augendæ rei suæ caussa comparatas circumscriptiones, neq; non homicidia, & si quid eiusmodi delictorum est, ita acerbè punito, vt paucorum hominum supplicio omnes reliquos continuè castiges: estóque secundum legem exquisitus delinquentium castigator. Neq; enim inhumanitas hoc, sed potius summa quædam humanitas est, cum multi paucorũ animaduersatione saluantur. Quòd si quem hoc nomine in crimen vocatum sustineat, qui vel cinguli, vel dignitatis, vel sacerdotij, vel eiusmodi alio prætextu speret ex illius se manibus ereptum iri: certò sciat quòd nostro iudicio indignus videbitur. Nemo enim quacumque potentia sua fretus, quodcumque alienum prætendens patrocinium,

in tal

ἐπὶ τοιούτοις ἐγκλήμασι, διαφεύξεται τὸν νόμον. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐμβάλλειν ἑαυτὸν τοιαύταις θαρρήσειε προστασίαις, καὶ αὐτὸς ἐμπεσὼν ὑφέξει τῷ πλημμελήσαντι τὴν ποινήν. ταυτὸν οὖν ἁμαρτεῖν τε αὐτὸν, καὶ τὸν ἁμαρτόντα καὶ πλημμελήσαντα τηλικαῦτα σπεύδειν ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ νόμου χειρῶν. ¶ Ὑποτεθήσεται δὲ 1 τῷ νόμῳ καὶ ἀπογραφὴ, δηλοῦσα τὶ μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν προσήκει, τὶ δὲ προφάσει διδόναι τῶν συμβόλων, τὶ δὲ εἰσφέρειν τῷ εὐσεβεῖ οἴκῳ τῆς θειοτάτης αὐγούστης τῆς ἡμετέρας συμβίου. δηλαδὴ τελμερῶς τῶν quinquaginta librarum auri εἰσκομιζομένων, τοῦτο δὴ τὸ καὶ ἄνωθεν καὶ μέχρι νῦν κεκρατηκός. ¶ Καὶ καθαρῶς τοῖς ἡμετέ- 2 ροις ὑπηκόοις (τοῦτο ὅπερ πολλάκις εἰρήκαμεν) χρήσεται, πρᾶγμα διεσπουδασμένον ἡμῖν, καὶ χρημάτων ἀμελῆσαι παρασκευάσαν μεγάλων, καίτοιγε ἐν τοσαύταις δαπάναις καὶ πολέμοις μεγάλοις, δι' ὧν δέδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς πρὸς Πέρσας τε ἄγειν εἰρήνην, καὶ Βανδίλους τε καὶ Ἀλανοὺς καὶ Μαυρουσίους χειρώσασθαι, καὶ Ἀφρικὴν ὅλην καὶ πρός γε καὶ Σικελίαν κατακτήσασθαι· καὶ ἐλπίδας ἔχειν ἀγαθὰς ὅτι καὶ τῶν λοιπῶν ἡμῖν τὴν ἐπικράτειαν νεύσειεν ὁ θεὸς, ὧνπερ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι μέχρι τῶν πρὸς ἑκάτερον ὠκεανὸν ὁρίων κρατήσαντες, ταῖς ἐφεξῆς ἀπέβαλον ῥαθυμίαις. ἃς ἡμεῖς, τῇ παρὰ θεοῦ συμμαχίᾳ θαρροῦντες, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλειν σπεύδομεν· ἤδη τε ὀκνοῦμεν:

in talibus delictis seueritatem legis effugiet. Quin potius si quis talibus se patrocinijs ausus fuerit immittere, similem cum delinquente pœnam & ipse sustinebit: idem cum sit, ipsum aliquem delinquere, & eum qui talia peccauit & deliquit, velle de manu legis eripere.

[1] ¶ *Subiicietur autem legi & descriptio, quæ significet, quid ipsum, eósve qui circa ipsum sunt, è publico capere: quid item vel occasione codicillorum dare, vel sacratißimæ Augustæ coniugis nostræ piæ domui inferre conueniat: trifariam videlicet inferendis ijs* quinquaginta libris auri, *prout iam inde ab initio & in hunc vsque diem obtinuit.*

[2] ¶ *Et subditis nostris (id quod sæpe diximus) purè vtetur. quæ res summo à nobis studio habita effecit, vt magnas etiam opes despexerimus, quanquam in tot sumptibus & magnis bellis, per quæ Deus nobis dedit, vt non solum pacem ad finem deduxerimus, & Vandalos, Alanos, Mauritanos subegerimus, & totam Africam insuper & Siciliam recuperauerimus: sed & bonam spem habeamus, quòd deus nobis annuet, vt & cæteras gentes, quas socordia sua Romani amiserunt, cum ad vtriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adiungamus. quas nos diuino freti auxilio, ad meliorem statum redigere properamus: neque quidquam detrectamus*

ἰλλ τῶν εἰς ἐσχάτην δυσκολίαν ἡκόντων, ἀγρυπνίαις τε καὶ ἀσιτίαις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πόνοις ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων διηνεκῶς καταχρώμενοι. Εντεύξεται δὲ καὶ τοῖς παραγγέλμασιν ἡμῶν, ἅπερ δώσομεν αὐτῷ μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ἀρχῆς, καθὰ πρόσθεν εἰρήκαμεν· καὶ εἴπερ κατ' ἐκεῖνα πράξειεν ἅπαντα, θαυμαστός τε ἔσται, καὶ διὰ πάντων ἄξιος τῆς ἡμετέρας φανήσεται ἀρχῆς τε καὶ κρίσεως.

Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου δηλούμενα ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα, τάς τε εἰρημένας σιτήσεις τῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης διδότω θρόνῳ, οὕτω τε αὐτὴν ἴστω σημαίνουσαν γινομένην, ὡς πολλοῖς εἰκότως ἔσεσθαι περισπούδαστον, τῇ τε νῦν αὐτῇ δοθείσῃ παρ' ἡμῶν αὔξησει τε καὶ ἀξιώματος ἐπιθυμίᾳ.

Περὶ διατυπώσεως τῶν τεσσάρων ἀρχόντων Αρμενίας.

Διάταξις λα.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Ιωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

Τα μά

eorum quæ vel ad extremam pertingunt difficultatem: vigiliis ſimul & inediis, cæteriſque laboribus iugiter pro ſubditis noſtris vltrà quàm humanæ naturæ modus patitur, vtentes. Perleget etiam mandata noſtra, quæ illi dabimus vnà cum codicillis magiſtratus, quemadmodum antè diximus. Et ſi quidem omnia ſecundum illa peregerit: & admirabilis futurus eſt, & vndique dignum ſe noſtro exhibebit imperio.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur omnia, quæ per hanc exprimuntur legem, cognoſcens excellentia tua, & prædictas annonas huius officij throno præbeto: & ita ipſum ſcito amplum effectum, vt collati modo in ipſum floris & dignitatis cupiditate, multi meritò hunc conſequi affectent.

DE DESCRIPTIONE QVATVOR PRAESIDUM ARMENIÆ.

TITVLVS X.

NOVEL. CONSTIT. XXXI.

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconſuli & patricio.

Τὰ μάτην κείμενα καὶ ἐγκεχυμένως, εἰ πρὸς τὴν προσήκουσαν ἀφίκοιτο τάξιν καὶ διατεθείη καλῶς, ἕτερά τε ἀνθ' ἑτέρων τὰ πράγματα φαίνοιτο, κάλλιόν τε ἐκ χρόνων, ἐξ ἀκόσμων τε κεκοσμημένα, διηρθρωμένα τε καὶ διακεκριμένα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἀτάκτων τε καὶ συγκεχυμένων. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων χώρας ἁμαρτανόμενον εὑρόντες, ᾠήθημεν χρῆναι πρὸς μίαν ἁρμονίαν τάξαι αὐτὴν, καὶ ἐκ τῆς εὐταξίας ἰσχύν τε αὐτῇ δοῦναι τὴν προσήκουσαν, τάξιν τε ἐπιθεῖναι τὴν πρέπουσαν.

ΚΕΦΑΛ. α.

Τοιγαροῦν τέσσαρας εἶναι πεποιήκαμεν Ἀρμενίας· τὴν μὲν ἐνδοτάτην, ἧς ἡ μητρόπολις τῇ τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν προσηγορίας ἐπωνυμίᾳ κατακεκόσμηται, πρότερον Βαζανὶς, ἤτοι Λεοντόπολις, καλουμένη. ἥνπερ καὶ ἀνθυπατείᾳ τετιμήκαμεν, ἧς Ἀκάκιος προέστηκεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος. σπεκταβιλίαν τε ἀποφήναντες τὴν ἀρχὴν, καὶ πάντα δόντες αὐτῇ ὁπόσα προσῆκόν ἐστιν ἀνθυπατείαν ἔχειν. στολῇ τε γὰρ αὐτὴν κατεκοσμήσαμεν ἀνθυπάτου, καὶ πάντα ἀκόλουθα τούτοις ἔχειν διετυπώσαμεν· καὶ πόλεις αὐτῇ δεδώκαμεν, Θεοδοσιούπολίν τε, ἣν καὶ πρότερον εἶχε, Ζάταλάν τε καὶ Νικόπολιν, καὶ Κολώνειαν, ἐκ τῆς πρώην πρώτης Ἀρμενίας καλουμένης λαβόντες. Τραπεζοῦντά τε καὶ Κερασοῦντα ἐκ Πόντου τοῦ πρώην Πολεμωνιακοῦ καλουμένου·

PRAEFATIO.

PERPERAM *effuséq; posita, si ad competentem perueniant ordinem, & bellè disponãtur: aliæ propemodum res apparẽt speciosæ pro turpibus, ornatæ pro incultis, articulatæ distinctæq; pro incõpositis prius & confusis. Quod cũ & in Armenia admissum deprehenderimus: putauimus & ipsam ad congruentiam quandam & vnam harmoniam collocari debere: quo magis ex bene constituta eius moderatione, & competens illi robur addamus, & decentem imponamus ordinem.*

CAPVT I.

V*Nde quatuor Armenias fecimus. Vnam quidem interiorem, cuius metropolis piæ appellationis nostræ cognomine exornata est, prius BaZanis seu Leontopolis dicta, quam etiam proconsulatu honorauimus, cui magnificentiss. vir Acacius præfuit, magistratu inter spectabiles relato, omnibúsq; illi traditis, quæ proconsulatum habere conuenit. Nam & stola ipsum exornauimus* proconsulari, quæque ad istas res pertinent, ea vt habeat, constituimus, *& vrbes illi adsignauimus, Theodosiopolim, quam etiam prius habuit, Satalam, & Nicopolim, Colonea quoque ex prima (vt antè vocabatur) Armenia assumpta, item TrapeZunte & Cerasunte ex Polemoniaco*

λυμένου· χωρίσαντες αὐτῶν τὰς μὲν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος, τὰς δὲ τῆς περιβλέπτου μοδεράτωρος· ἑπτά τε πόλεσι τὴν ὅλην ἐπαρχίαν περιστήσαντες, καὶ ὁπόσα τῆς περιοικίδος ἐστὶν αὐτῶν. ❡ Δευτέραν δὲ ἐτάξαμεν Ἀρμενίαν τὴν ἔμπροσθεν πρώτην καλουμένην, ἧς ἡγεῖται Σεβάστειά πόλις, αὐτῇ προσνείμαντες τήν τε τῶν Σεβαστοπολιτῶν, ἣν καὶ πρότερον εἶχε, καὶ πρός γε Κώμανά τε ἐκ τοῦ καλουμένου πρώην Πολεμωνιακοῦ Πόντου, καὶ Ζήλαν ἐκ τοῦ Ἑλενοπόντου, καὶ μὴν καὶ Βρίσαν· ὥστε ἐν πέντε πόλεσιν εἶναι τὴν ἐπαρχίαν ταύτην. καὶ τὴν ἀρχὴν, ἡγεμονίαν οὖσαν, καταλιπόντες ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος, καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῆς οὐδενὶ κοσμήσαντες ὀνόματι μείζονι, ἀλλ᾽ ὃ πρότερον εἶχε, τοῦτο αὐτῷ καταλιπόντες. ❡ Ἐπὶ τούτοις τε τρίτην Ἀρμενίαν κατεστησάμεθα τὴν πρότερον δευτέραν· ἧς ἡγεῖται Μελιτηνὴ, πόλις ἀρχαία, πόλις ἐπίσημος, ἐν καλῷ τε γῆς καὶ ἀέρος κειμένη, καὶ οὐδὲ πόρρω διεστῶσα τῶν τοῦ Εὐφράτου ῥευμάτων. ταύτην ᾠήθημεν δεῖν κατὰ τὸ παρὸν αὐξῆσαι, καὶ εἰς τὸ τῶν σπεκταβιλίων μεταστῆσαι σχῆμα, τόν τε ἄρχοντα ταύτης Ἰουστινιανὸν ὀνομάσαι κόμητα· δοῦναί τε αὐτῷ καὶ ὑπὲρ σιτήσεων *solidos septingentos*, καὶ τῷ γε αὐτοῦ παρέδρῳ *solidos septuagintaduos*, καὶ τῇ γε αὐτοῦ τάξει *solidos sexaginta*. ἅπαντά τε ἔχειν ὁπόσα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἴδια θρόνων. τοὺς τε πρώην ὀνομαζομένους ταξεώτας πάντα μὲν

πράττειν

prius dicto Ponte: his partim à clarissi. prouinciæ præside, partim à spectabili moderatore separatis: in septem omnino vrbes, & quæcunq; circa ipsas in proximo sunt loca, tota prouincia redacta.

1 ¶ Secundum vero ordinem tenere iussimus eam Armeniam, quæ antè prima dicebatur, in qua cæteras præcedit Sebastea vrbs, attributa illi & Sebastopoli, quam prius quoq; habuit: & insuper Commana ex Polemoniaco prius Põto dicto: & Zela ex Helenoponto: neque non Brisa: vt ea prouincia quinque contineatur vrbibus, officio quod Correctorium est, in pristina forma relicto: neq; præside eius maiore aliquo nomine condecorato, sed ipso in eo-
2 dem quod prius habuit, derelicto. ¶ Ad hæc tertiam Armeniã instituimus eam quæ prius secunda dicebatur, in qua principatum tenet Melitena vrbs antiqua, vrbs insignis, in pulchro solo, clementíque cœlo posita, neque multum distans à fluentis Euphratis fluuij. Hanc nos in præsentia & augendam, & ad formam spectabilium traducendam putauimus, Præsidem quoq; huius comitem Iustinianeum nominandum, dandósque ipsi pro annonis solidos 700. eius adsessori solidos 72. & cohorti eius solidos 360. & vt omnia habeat quæ eiusmodi thronorum propria sunt. Et qui prius cohortales nominabantur, tum omnia

πράττειν ὁπόσα καὶ ἔμπροσθεν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν δημοσίαν εἴσπραξιν ἀσχολεῖσθαι· εἰς δὲ τὴν τῶν κομητιανῶν προσηγορίαν μεταβαλεῖν, πάντων αὐτοῖς οὕτω φυλαττομένων, ὡς ἡνίκα ταξεῶται καθεστήκεισαν. πόλεις δὲ ὑπεκλίναμεν αὐτῇ τοῦτο μὲν Ἄρκαν καὶ Ἀραβισὸν, τοῦτο δὲ Ἀριαράθιαν, καὶ Κώμαναν ἑτέραν (καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ Χρυσῆν) καὶ Κόκυσαν, ἃς καὶ πρότερον εἶχεν, ἐν ἓξ πόλεσι συνεστῶσα. ¶ Συνεστησάμεθα δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν, ἣ πρότερον οὐκ εἰς ἐπαρχίας συνέκειτο σχῆμα, ἀλλὰ τῶν τε ἐθνῶν ἦν, καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο βαρβαρικῶν ὀνομάτων, Τζοφανηνή τε, καὶ Ἀνζητηνὴ, ἢ Τζοφαινὴ, καὶ Ἀσθιανηνὴ, ἢ καὶ Βαλαβιτηνὴ καλουμένη, καὶ ὑπὸ σατράπαις οὖσα. ἀρχῆς δὲ ὄνομα τοῦτο ἦν οὐδὲ Ῥωμαϊκὸν, οὐδὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ἀλλ᾽ ἐξ ἑτέρας πολιτείας εἰσενηνεγμένον. κἀκείνην τοίνυν ἀρχῆς πολιτικῆς ἐκοσμήσαμεν σχήματι, ἄρχοντά τε πολιτικὸν ἐγκαταστήσαντες, καὶ πόλιν τε αὐτῇ τὴν Μαρτυροπολιτῶν, καὶ τὸ Κιθαρίζον δόντες φρούριον. καὶ αὐτὴ δὲ ἐν τῷ τῶν ὀρδιναρίων ἀρχῶν κατέστη σχήματι, κονσουλαρία παρ᾽ ἡμῶν γενομένη. ὥστε τεσσάρων Ἀρμενιῶν οὐσῶν δύο μὲν εἶναι σπεκταβιλίας, τήν τε τοῦ ἀνθυπάτου, τήν τε τοῦ κόμητος. καὶ ἀνθύπατον μὲν εἶναι τὸν τῆς πρώτης ἡγούμενον Ἀρμενίας, κόμητα δὲ τὸν τῆς τρίτης, τὸν δὲ τῆς δευτέρας καὶ τετάρτης, ὀρδιναρίους καθεστάναι. καὶ ἐπειδήπερ τοῦτο ἡμῖν διεσπούδασται, ὥστε τὰς ἀρχὰς τῶν πεντακοσίων νομισμάτων ἐκκλήτους

3

οὐχὶ

faciant, quæ etiam prius, & maximè circa publicam exactionem occupentur: tum ad Comitianorum appellationem transeāt, perinde omnibus eis conseruatis, ac si cohortales existerent. Vrbes vero ei partim Arcam & Arabissum, partim Ariarsatheam, & alteram Comanam (quam etiam Chrusam appellant) & Cucusum subdidimus, quas & prius habebat 3 è sex omnino consistens vrbibus. ¶ Cōstituimus autem & quartā Armeniā, quæ prius non in forma prouinciæ continebatur, sed è gentibus erat, & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Trophaëna, AnZethena, Ophena, Asteaëna, Balabithenáq; dicta, & Satrapis subdita. Id vero nomen magistratus neq; Romanum, neq; maiorum nostrorum, sed ex altero imperio introductum fuit. Exornauimus igitur & illam ciuili magistratu & forma, tam ciuili ibi magistratu instituto, quàm Martyropolitanorum illi vrbe, & CithariZa castro addito. Consistátque ipsa in forma ordinariorum magistratuum, Consularis à nobis facta: vt cū quatuor sint Armeniæ, duo quidem magistratus existant spectabiles, nēpe alter proconsul, alter comes: & primæ quidem Armeniæ proconsul, tertiæ comes præeat: secundæ vero & quartæ ordinarij. Et quia summo à nobis studio cautum est, vt appellationes intra quingentorum solidorum quanti-

οὐχὶ πρὸς ταύτην φέρεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς συνέγγυς σπεκταβιλίους ἄρχοντας· καὶ τοῦτο διατυποῦμεν, ὥστε τῷ μὲν ἄρχοντι τῆς πρώτης Ἀρμενίας, τουτέστι τῷ ἀνθυπάτῳ, τὰς ἐκ τῆς δευτέρας Ἀρμενίας ἐκκλήτους φέρεσθαι, τουτέστι τὰς κατὰ Σεβάστειαν· τῷ δὲ τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητι, τῷ κατὰ Μελιτηνὴν φαμὲν, τὰς ἐκ τῆς τετάρτης Ἀρμενίας ἐκκλήτους μέχρι τοῦ ῥηθέντος ἀνήκειν ποσοῦ.

ΚΕΦΑΛ. β.

ΤΟύτων τοίνυν οὕτως ἡμῖν διατεταγμένων, κἀκεῖνο προσδιορίσαι δίκαιον ἔτι νομίζομεν, ἐφ' ᾧ προστῆσαι τῆς τρίτης Ἀρμενίας ἄνδρα σεμνὸν, ὑπουργήκοτα τε ἡμῖν ἤδη, καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου καὶ προσχήματος. εὑρόντες τοίνυν Θωμᾶν τὸν μεγαλοπρεπέστατον, ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων ἀνύσαντα χώρας, καὶ τἄλλα δὲ ἄνδρα χρηστὸν, καὶ γνησίως ἡμῖν ὑπηρετησάμενόν τε καὶ ὑπηρετούμενον, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλλόμεθα διοικήσει· ὥστε τέως μὲν τῆς ἐπαρχίας ταύτης ἡγεῖσθαι, κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν σχῆμα, προνοεῖν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσα ἂν αὐτῷ ἢ διὰ θείων ἐπιτρέψομεν commonitoriων, ἔτι ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἣν αὐτῷ παραδεδώκαμεν, ἔτι καὶ ἐπ' ἄλλαις. ὅπερ καὶ πεπράχαμεν, θεῖα πρὸς αὐτὸν πεποιημένοι commonitoria περὶ πολλῶν καὶ διαφόρων πράξεων· ἅπερ αὐτὸν, καὶ εἰς

*tatem non ad hanc almam deferantur vrbem, sed ad proximos spectabiles magistratus: propterea disponimus, vt appellationes quæ quidē ex secunda Armenia procedunt, hoc est in qua Sebastea vrbs est, hæ ad Armeniæ primæ præsidem, hoc est proconsulem deferantur: quæ vero ex quarta mouentur Armenia, hæ intra dictam quantitatem ad tertiæ Armeniæ co*mitem, qui nempe Melitenæ residet, *deueniant.*

CAPVT II.

H*Is ita à nobis ordinatis, insuper illud etiā determinare iustum putamus, vt primæ Armeniæ talis vir præficiatur, qui pro amplitudine sua, & spectatissimo iā erga nos ministerio, magistratus huius tam iuramento, quàm excellēti maiestate dignus sit. Ac cū Thomam magnificentissimū virū aliquot iam in Armeniorū regione officiis defunctū, & alioqui frugi hominē esse, & nobis absq; fuco semper inseruiisse, & modò quoq; inseruire deprehenderimus, promouemus ipsum ad huius officij administrationē, vt non solū prædicta à nobis forma ad tempus huic prouinciæ præsideat; sed etiā aliis prouideat, quæcunq; ei vel per sacra commonitoria commisimus, siue in prouincia quam ei tradidimus, siue in aliis. quod inquam fecimus, sacris ad ipsum compositis commonitoriis de* multis & *diuersis actibus, quos ipsum*

& in

καὶ εἰς ἑτέρας χώρας προσῆκόν ἐστιν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. ¶ Τὰ μέντοι περὶ τὰς ἱερωσύνας, 1 καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, μένειν κατὰ τὸ πρότερον βουλόμεθα σχῆμα, οὐδὲν οὐδὲ περὶ τὸ μητροπολιτικὸν δίκαιον, οὐδὲ περὶ τὰς χειροτονίας τοῦ πράγματος ἀμειβομένου ἢ καινιζομένου, ἀλλὰ τῶν πρότερον χειροτονούντων, καὶ νῦν ἐχόντων τὴν τῆς χειροτονίας ἐξουσίαν, καὶ τῶν προτέρων μητροπολιτῶν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων τάξεως· ὥστε μηδὲν τό γε ἐπ' αὐταῖς καινισθῆναι.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Ἐκεῖνο μέντοι τῶν ὁμολογημένων ἐστίν, ὡς, ἐπειδήπερ τὸν τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητα, οὐ πολιτικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιωτικὸν πεποιήκαμεν ἄρχοντα, ἀναγκαίως ἔχει καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῷ τοὺς κατ' αὐτὴν ἱδρυμένους ὑποκεῖσθαι· ἄδειαν ἔχοντι (καθὰ τοῖς στρατιωτικοῖς ἄρχουσιν ἐφεῖται) καὶ πρὸς ὄνομα καλεῖν αὐτοὺς, καὶ ἐπιζητεῖν, καὶ προνοεῖν τῶν σιτήσεων αὐτῶν, καὶ ἐπεξιέναι τοῖς κατ' αὐτοὺς, εἴπερ ἀδικοῖεν· καὶ μήτε συγχωρεῖν τοῖς στρατιώταις ἀδικεῖν τοὺς ὑπηκόους. εἰ δέ τι πράξαιεν σφοδρότερον, καὶ ἐγκληματικῶν ἀκροᾶσθαι δικῶν, κἂν εἰ στρατιῶται καθεστήκοιεν· καὶ ἅπαντα πράττειν ὁπόσα τοῖς στρατιωτικοῖς δεδώκαμεν ἄρχουσιν. καὶ ὥσπερ τῷ τε Ἰσαυρίας κόμητι, τῷ τε τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, καὶ πρός γε τοῖς πραίτωρσι Λυκαονίας τε καὶ Πισιδίας καὶ Θράκης,

καὶ

& in aliis regionibus ad effectum deducere I *aequum est. ¶ Quae vero ad sacerdotia spectāt ea (vt saepe diximus) volumus in pristina manere forma, negotio ipso neq; circa ius metropolicum, neq; circa ordinationes vel mutationem vel nouationem suscipiente: sed* * *prius ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritatem obtinentibus, & prioribus item metropolitanis in suo permanentibus ordine: vt quantum ad ipsa nihil penitus innouetur.*

* Sed qui antehac ordinare solent. sic noster.

CAPVT III.

ILlud sanè in confesso est, ex quo tertiae Armeniae comitem non tantum ciuilem, sed etiam militarem magistratum fecimus: necesse habere etiam milites qui in ea stationes agunt, vt huic suppositi sint: licentia illi praebita, vt (quemadmodum militaribus permittitur magistratibus) & nomine quemque suo euocet, & inquirat, & de ipsorum annonis dispiciat, & supplicio eos persequatur si quando iniuste egerint: neque committat vt milites in subditos nostros iniurij sint. Quòd si quid flagitiosius perpetrent: ad instar criminalium caussarum audientiam praebeat, tametsi milites existant. omnia denique agat, quaecumque militaribus attributa sunt magistratibus. Et quemadmodum comiti Isauriae & Pacatianae Phrygiae, & insuper Lycaoniae, Pisidiae, ac Thraciae prat

καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὑπεκλίναμεν· οὕτω καὶ αὐτῷ μὴ μόνην εἶναι τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων τάξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν στρατιωτικῶν ἐξουσίαν τε καὶ ἀρχήν. καὶ εἶναι σεμνὸν αὐτὸν στρατιώταις τε καὶ ἰδιώταις, κελεύοντα καὶ πάντα πράττοντα, ὡς μιᾶς δὴ τῆς ἀρχῆς καθεστώσης. καὶ μίαν τίθεσθαι πρόνοιαν τῷ μηδὲν ἔγκλημα κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἁμαρτάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ σωφρονισμοῖς ὑποβάλλεσθαι τοῖς προσήκουσι. ταύτης δὲ δὴ τῆς ἐξουσίας οὐκ ἀφαιρούμεθα παντελῶς αὐτὸν ἐπ' οὐδενὶ προσώπῳ τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ὄντων, εἴτε ἰδιωτικῷ, εἴτε στρατιωτικῷ, εἴτε ταμειακῷ. μίαν γὰρ καὶ συνεχῆ τὴν εἰρήνην ἐν ἅπασι τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις φυλάττεσθαι βουλόμεθα, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τὴν κατὰ τῶν νόμων εἰσάγοντες καταφρόνησιν.

Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ κατὰ τὴν τῶν τεσσάρων Ἀρμενιῶν διατύπωσιν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῆς τρίτης (ἧς κατὰ πρόφασιν τὸν παρόντα θεῖον ἐποιήσαμεν νόμον) νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον φυλάττεσθαι σπουδασάτω. πάντων πραττομένων καὶ ἐγγραφομένων ταῖς μεγάλαις διατυπώσεσι τῶν ὁμοθρόνων τῶν σῶν, ὁπόσα δίδοσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος προσετάξαμεν. Dat. XV. KAL. APRIL. CONSTANTINOP. POST BILIS. V. C. CONS.

Περὶ

prætoribus militares etiam copias subdidimus: vt æquè & ipse non solum ad res ciuiles cohortem, sed etiam in copias militum potestatem habeat & imperium, & cum summa auctoritate & amplitudine tam militibus quàm paganis facienda præcipiat, omnia agens quasi vno aliquo officio existente. Inq; vnam hanc rem prouidentiam conferat, ne quid per prouinciam admittatur flagitij, sed & vt admissum competenter coërceat. Neque hanc illi potestatem in vlla omnino persona, quæ in prouincia sit, detrahimus, siue paganica, siue militaris, siue tamiaca sit. Sub æquabili enim & perpetua pace nostros tueri subditos volumus, non pro diuersitate personarum inducentes legum contemptum.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, ea secundum descriptionem quatuor Armeniarum, & maximè tertia, cuius occasione præsentem sacram legem tulimus, iam inde in omne reliquum tempus excellentia tua custodire studeto: omnibus quæ singulis annis dari iussimus, per particulares descriptiones thronorum tuorum conficiendis.

Περὶ τοῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ, κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν. καὶ πόσον ὀφείλουσι λαμβάνειν τόκον ἀπὸ τῶν γεωργῶν.

Διάταξις λβ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑνὸς Αὔγουστος Αγερωχίῳ τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι Αἰμιμόντου τοῦ Θράκης.

ΠΡᾶγμα δεινὸν, καὶ πάσης ἐπέκεινα καὶ ἀσεβείας καὶ πλεονεξίας γινόμενον συνείδομεν νόμῳ θεραπεῦσαι κοινῷ, οὐκ ἐπὶ τῆς παρούσης μόνον ἀνάγκης, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον πολιτεύεσθαι δυναμένῳ. ἐγνωμεν γὰρ ὥς τινες ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχεις, ἐτόλμησαν, ἐπιλαβόμενοι τοῦ καιροῦ τῆς ἀφορίας τοῦ σίτου, δάνεισμα πρᾶξαι πρός τινας ἐπ' ἐλαχίστῳ μέτρῳ τῶν καρπῶν, καὶ τὴν αὐτῶν λαβεῖν γῆν ἅπασαν ἀντ' αὐτοῦ· ὥστε τοὺς μὲν τῶν γεωργῶν φεύγειν, τοὺς δὲ διαφθαρῆναι λιμῷ, δεινήν τε γίγνεσθαι φθορὰν, οὐδὲν τῆς βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς ἐλάττονα.

ΚΕΦΑΛ. α.

ΘΕσπίζομεν τοίνυν, ἅπαντας τοὺς δανείσαντας ὁσονδήποτε μέτρον τῶν οἱωνδήποτε ξηρῶν καρπῶν, τοῦτο ἀπολαμβάνοντας νῦν

NE QVIS MVTVVM DANS AGRICOLAE, TERram eius teneat. item quàm magnas vsuras creditores ab agricolis debeant percipere.

TITVLVS XI.

NOVEL. CONSTIT. XXXII.

Imp. Iustinianus Aug. Agerochio clarissi. præsidi Aem i* montis Thraciæ.

* Αἱμιμόντυ. Aemimonti.

REM *duram, & quæ omnem longè impietatem & auaritiam superat, communi lege quasi medicina quadam curare nobis visum est, quæ non in præsenti tantùm necessitate, sed per omne deinceps æuum suo in repub. munere defungi queat. comperimus enim nonnullos in prouincia, cui præsides, non dubitasse captato ad hoc de industria sterilitatis frumẽtariæ tẽpore, sub modica admodum mensura frugum mutui cum aliquibus contractum celebrare, & ex eo vniuersam illorũ terrã ad se recipere: vt pleriq; ea occasione rusticorũ diffugerint, pleriq; etiã fame perierint, & tetra quædã lues ac cõtagio exorta sit, in nullo penè barbarica incursione inferior.*

CAPVT I.

S*Ancimus igitur, vt quicunque agricolis quantamcunq; mensurã quorũcunq; aridorum fructuũ crediderint, si ab his receperint*

νῶν χωρὶς τῆς οἱασοῦν προσθήκης, ἀποδοῦναι τὰ γήδια τοῖς γεωργοῖς. μηδενὸς παντελῶς θαῤῥοῦντος γῆν κατέχειν, προφάσει τῶν εἰρημένων δανεισμάτων, εἴτε ἔγγραφα, εἴτε ἄγραφα εἴη· κομιζομένους δὲ, εἰ μὲν οἱ δανεισθέντες εἶεν καρποὶ, ὀγδόην τοῦ μοδίου μοῖραν ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον· εἰ δὲ νομίσματα τὰ δανεισθέντα εἴη, ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι ἐνιαύσιον κεράτιον ἓν, προφάσει τόκου, τοῦ λοιποῦ δὲ τοὺς δανειστὰς εἰρημένους ὀγδόην μοδίου μοῖραν ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ἕνα (ἢ ἐφ' ὅσον μένοι τὸ δάνεισμα, κατὰ τὴν ἀναλογίαν ταύτην) ἢ τῷ κερατίῳ, ἀποδιδόναι πάντως, εἴτε γῆν, εἴτε ἄλλο τὶ λαβόντες τύχοιεν ἐνέχυρον· βόας τυχὸν, ἢ πρόβατα, ἢ ἀνδράποδα. καὶ τοῦτον εἶναι τὸν νόμον κοινὸν ἅπασι, φιλάνθρωπόν τε ἅμα καὶ εὐσεβῆ, καὶ τήν τε χρείαν θεραπεύοντα τοῖς δεομένοις, τοῖς τε δανεισταῖς φέροντα μετρίαν παραψυχήν.

¶ ΤΑ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ λαμπρότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδασάτω. εἰδότος τοῦ δανειστοῦ ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πρᾶξαι θαῤῥήσει, τῆς εἰσπράξεως ἐκπεσεῖται. καὶ ὁ λαβὼν, εἶτα ἀδικούμενος, ἕξει παραψυχὴν τὸ αὐτὸς μὲν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, τὸν δανειστὴν δὲ ἰδίαν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ζημιούμενον. DATVM XV. KAL. IVL. CONSTANTINOP. BILIS. V. C. CONS.

Περὶ

citra vllam exceptionem hæc illis restituãt, nemine prorsus audente per causam prædictorum mutuorũ, siue scriptura interueniente, siue sine scripto celebrata sint, terram penes se detinere. octauam dumtaxat modij partem in singulos modios per integrũ annum vsurarũ nomine ferentes, si fruges mutuo datæ erunt. si verò pecunia numerata: in singulos solidos singulas annuas siliquas. Cæterùm de reliquo contenti creditores octaua modij parte in singulos modios per annum, aut quantumcunq; manet, pro portione crediti aut siliqua: omnino restituãt, siue terram, siue aliud quiddã, boues fortè aut oues, aut mancipia pignori ceperint. Atq; hæc lex omnibus humanitatis & pietatis de se specimen præbeat, & tam egenorum necessitati medeatur, quàm creditoribus nonnihil adferat solatij.

EPILOGVS.

¶ *Quæ itaque nobis placuerunt, ea claritas tua effectui finíque tradere studeto, scituro creditore, quòd si hæc contra facere aliquid ausit, exactione cadet. & qui mutuum accepit, quíve iniuriam pertulit, ex eo solatium habebit, quòd tum ipse à facessendo negotio liberatus sit, tum creditorem in rebus suis iacturam pati videat.* Dat. XV. *Kalend. Iul. Constantinop. Bilis.* V. C. *Cons.*

Περὶ τοῦ, μηδένα δανείζοντα γεωργῷ, κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν, εἴτε στρατιώτην, εἴτε ὁντιναοῦν δήποτε ἰδιώτην.

Οὔτε αὕτη ἡ λγ΄. οὔτε αἱ ἐφεξῆς μέχρι τῆς λη΄, ἐν τῷ παλαιῷ ἐτέθησαν ἀντιγράφῳ. διὰ τί δὲ παρελείφθησαν, ἐν τοῖς Ἑρρίκου τοῦ Σκριμγέρου ὑπομνήμασι δηλωθήσεται.

Διατάξις λγ.

* * * * *

DE HIS QVI MVTVVM DANT AGRICOLIS.

TIT. XII.

NOVELLA CONSTITVT. TRIGESIMATERTIA.

Imperator Iustinianus Aug. Dominico prȩfecto prætorio per Illyricum.

Latinè edita est.

Propter auaritiam creditorum, qui angustia temporum abutentes, terrulas infelicium agrestium sibi adquirunt, pro pauco frumento omnem illorum substantiam retinentes, legem posuimus, quam primò quidem in Thraciam, & in omnes eius prouincias, in præsenti autem & in Illyricianas prouincias direximus. Cuius exemplum subdi etiam præsenti legi præcepimus, vt non solummodo priuati homines putent legem contra se esse propositam, sed etiam milites altiore nitentes fastigio, legem contra se esse prolatam existiment. Vt ergo & tua magnitudo sciat, quòd communis hæc lex posita est, & prouincialibus, & militibus, & omni cingulo, nulla excusatione cuiquam competente, ideo ad tuam sublimitatem præsentem legem destinauimus. scituris militibus, qui præsenti legi non esse obe-

diendum existimant, quòd cingulo denudati, inter priuatos habebuntur, pœnis, quas in anteriore lege posuimus, prius nihilominus subiugandi.

NE QVIS QVOD AGRICOLAE MVTVAM PECVniam dedit, illius terram detineat. & quem vsurarum modum creditores accipere debent ab agricolis.

TIT. XIII.

NOVEL. CONSTIT. XXXIIII.

Idem August. Agerochio clariss. præsidi Aemi montis in Thracia.

PRAEFATIO.

Hæc etiã Latinè est edita.

REM duram atque inhumanam, & quæ vltra omnẽ impietatem & auaritiã sit, perspeximus lege saluberrima sanare, & communem omnibus deponere medicinam, non tantùm in præsentis necessitatis tempore, sed etiam in omni æuo futuro. Venit enim ad nostras aures, quosdam in ea ipsa prouincia, quam tu administras, auarè temporum necessitate captata, fœneratorios fecisse contractus, & paucam mensuram dantes, terrulas eorum abstraxisse, & ex hac*

*ad quosdam fœneratitios venisse contractus.

hac causa quosdam colonorum fugæ latebras petiisse, alios fame esse necatos, & tristissimam pestem homines inuasisse, incursione barbarica non minorem.

CAPVT I.

Sancimus itaque omnes huiusmodi creditores, quantumcunque vel tritici, vel hordei, vel in alia specie quæ in fructibus aridis est, dederint:[a] *hoc reddito, in præsenti cum parte modij octaua per singulos modios in vnoquoque anno præstanda, terrulas colonis restituere: nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione fœneraticiæ cautionis, siue in scriptis, siue sine scriptis credita sint contracta. Sin autem pecunias dedit: nihil amplius, quàm siliquam vnam pro singulo solido annuam præstare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, in præsenti quidem tempore initium accipientem, in omne autẽ æuum modis omnibus obseruãdam. vt si quando fuerit vel triticum, vel hordeũ fœneratum, vel alij aridi fructus, creditores tam quod dederũt accipiẽtes, quàm pro vsuris octauam modij partem annuã pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido secundum hunc modum, in quantum fœnus permanserit, percipientes, siue terrulas siue aliud in pignus acceperunt, boues fortè, vel pecora,*

[a] al. crediderint.

vel mancipia: hæc modis omnibus reddant, & hæc lex communis omnibus ſit, humanitate & pietate gaudens, neque non omnibus egenis conſulens, & creditoribus mediocre ſolatium afferens.

EPILOGVS.

¶ *Hæc igitur, quæ à nobis ſtatuta ſunt, charitas tua in omni prouincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obſeruare feſtinet. Scituris omnibus creditoribus, quòd ſi aliquid præter hoc commiſerint, exactione cadent. & cui fœnus ablatum eſt, hoc habebit ſolatium, vt ipſe quidem ſecurus degat, auarum autem creditorem videat in ſuis pecuniis patientem iacturam.*

DE ADIVTORIBVS QVAESTORIS.

TIT. XIIII.

NOVELLA CONSTITVT. TRIGESIMAQVINTA.

Hæc prorſus deeſt in Græc. iuſtam autem epitomen inueni in Nouellis Iuliani, quàm hîc adſcripſi.

VIGINTISEX *adiutoribus Quæſtoris, quos boëthos dicunt Quæſtoris, liceat in ſuo loco alios ſubſtituere, idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit, propoſitis ſacris euangeliis. Hi autem qui*

fiunt

fiunt in locum eorum qui suo loco ceciderunt, centum solidis præstitis fiant. Istorum autem trium graduum viri,id est scrinij memoriæ, & duorum qui proximi futuri sunt, quamuis non ex vigintisex adiutoribus, tamen licentiam habeant surrogare in locum suum. Habeant igitur ius vendendi militiam suam, & non vltra centum solidos, dummodo & is qui subrogatur, electione Quæstoris fiat. Prærogatiuas autem constitutio dat Theodosio & Epicteto & Quirillo & Sabbatio & Perigeno. Illo videlicet obseruando, vt si quis ex vigintisex adiutoribus defunctus fuerit, ab herede eius centum solidi dentur, & electione Quæstoris militent. Si autem liberi sint defuncti, idem iuris habeant, quamuis heredes parenti suo non extiterint. Dat. c. Bilis.

Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ διαδοχῶν.

Διάταξις λϛ.

OMNE INFINITVM &c. Ὅτι οἱ Ἄφροι ἐκδικείτωσαν τὰ ἀφαιρεθέντα ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς Οὐανδίλων καιροῖς ἔσω πέντε ἐνιαυτῶν, εἴτε αὐτῶν ἦσαν, εἴτε τῶν ἰδίων γονέων, ἢ πάππων ἑκατέρας φύσεως, εἴτε τῶν ἐκ πλαγίου ἄχρι τρίτου βαθμοῦ, εἰ μὴ ἄρα νομίμων παραγραφαῖς ἀποκλείονται β΄. Ἐπὶ πίστεως γένους ἄμφω τὰ μέρη προφέρουσιν ἀποδείξεις. γ΄. Πάντες οἱ Ἄφροι τοῖς ῥωμαίοις νόμοις ἀπόκεινται.

Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν.

Διάταξις λζ.

VENERABILEM ECCLESIAM &c. Αἱ Ἀφρικῆς ἐκκλησίαι κομιζέσθωσαν τὰ παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀφαιρεθέντα, δημόσια μέν τοι γε ὑπὲρ αὐτῶν συντελοῦσαι, τῶν ἀκινήτων ἐξ αὐτῶν ὑπὸ μηδενὸς βλαπτομένων.

Αἱρετικὸς μὴ βαπτιζέτω, μήτε πολιτευέσθω,

μήτε

DE SVCCESSORIBVS EORVM QVI IN AFRICA degunt.

TITVLVS XV.

NOVEL. CONSTIT. XXXVI.

OMNE *infinitum &c. Vt Africa quæ Vandalorum temporibus vel ipsis vel propriis parentibus, vel auis vtriusque sexus, vel ex transuerso cognatis vsq; ad tertium gradum erepta sunt, intra quinque annorum spacium vindicent, nisi legitimis excludantur præscriptionibus. 2. Vt ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant. 3. Vt omnes Afri Romanis legibus subditi sint.*

DE ECCLESIIS CONSTITVTIS IN AFRICA.

TIT. XVI.

NOVEL. CONSTIT. XXXVII.

V*Enerabilem ecclesiã &c. Ab Arianis ablata capiunto, sibíque habento ecclesiæ Africæ: vt tamen publicas pro illis pẽsiones conferant, ab iisdem acceptis immobilibus à nemine lædendis. Hæreticus non baptizato, ad rempublicam*

non

μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω. μὴ ἐχέτω οἱαδήποτε αἵρεσις οἶκον ἢ τόπον προσευχῆς. ἡ ἐκκλησία Καρχηδόνος ἐχέτω τὰ εἰρημένα προνόμια περὶ ὅλων τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῷ Κώδικι. Ὁ καταφεύγων ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν Καρχηδόνος ἐχέτω ἀσυλίαν, εἰ μὴ ἄρα φόνον, ἢ ἁρπαγὴν παρθένου, ἢ βίαν χριστιανοῦ ποιήσει. τὰ δοθέντα ἔκ τινος ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ταῖς ἐκκλησίαις Ἀφρικῆς μὴ ἀφαιρείσθω ὑπὸ τοῦ οἱουδήποτε. Τοῦτο δὲ σὺ γενικῶς λέξαι ἐπὶ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Περὶ βουλευτῶν ὥστε ἀναγκαῖον καταλιμπάνειν τοῖς ἑαυτῶν βουλευταῖς παισί. Διάταξις λη.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΙΩάννῃ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

Οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῖν πάλαι καταστήσαντες ᾠήθησαν χρῆναι, κατὰ τὴν τῆς βασιλευούσης πόλεως μίμησιν, ἀθροῖσαι καθ' ἑκάστην πόλιν τοὺς εὖ γεγονότας, καὶ ἑκάστῃ σύγκλητον δοῦναι βουλήν, δι' ἧς ἔμελλε τά τε δημόσια πράττεσθαι, ἅπαντά τε γίνεσθαι κατὰ τάξιν τὴν προσήκουσαν. οὕτω τοίνυν τὸ πρᾶγμα ἤνθησεν, οὕτως ἐφάνη λαμπρόν, ὡς τὰς μεγίστας τε καὶ πολυανθρωποτάτας οἰκίας βουλευτῶν εἶναι,

non accedito, catechumenum non circuncidito. Nulla omnino hæresis domum aut locum orationis habeto. Carthaginiensis Ecclesia priuilegia obtineto, quæ in vniuersum de omnibus dicta sunt ecclesiis in Codice. Qui ad Carthaginiensem ecclesiam confugerit, is impunitatem habeto, nisi homicidium, aut raptum virginis, aut vim in Christianum admiserit. Ecclesiis Africæ ab aliquo pro sua ipsius salute oblata, à nemine prorsus auferuntor. Hoc ipse generaliter de omnibus ecclesiis accipito.

DE DECVRIONIBVS ET FILIIS EORVM.

TIT. XVII.

NOVELLA CONSTITVT. TRIGESIMAOCTAVA.

Imp. Iustinianus Augu. Ioanni P. P. per Orientem.

Ex veteri manuscripto Contij.

QVI rempublicam olim nobis disposuerunt, existimauerũt oportere secũdum regiæ vrbis instar adunare in vnaquaque ciuitate nobiles viros, & vnicuique Senatus dare curiam, per quã debuissent agi quæ publica sunt, atque omnia fieri secundum ordinem. Sic itaque res floruit, sic fuit clara, vt magnæ & populosæ domus curialium essent

εἶναι, πλήθους μὲν ὄντος τοῦ βουλεύοντος, τοῦ δὲ δοκούσης εἶναι τῶν λειτουργημάτων βαρύτητος οὐδενὶ παντελῶς ἀφορήτου καθισταμένης. τῷ γὰρ εἰς πλῆθος διῃρῆσθαι τὸ βάρος, ἀνεπαίσθητον σχεδὸν τοῖς τοῦτο ὑπομένουσιν ἦν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέρος ἤρξαντο τινὲς ἑαυτοὺς ἐξαιρεῖν τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων, καὶ ἐξευρίσκειν προφάσεις δι' ὧν πως ἐλεύθεροι τούτων ἔσονται· εἶτα κατ' ὀλίγον ἠλαττώθη τὰ βουλευτήρια, μυρίων ἐπινοηθεισῶν προφάσεων, ἐξ ὧν ἔμελλε τὰ μὲν ἴδια καλῶς ἕξειν, τὰ δὲ κοινὰ καὶ δημόσια διὰ πάντων ἐλαττοῦσθαι. διὰ τοῦτο εἰς ἄνδρας ὀλίγους περιΐστανται τὰ λειτουργήματα, κἀκείνοις τὰς οὐσίας κατέσεισε, καὶ τὰς πόλεις οὕτως ἠλάττωσεν, ὥστε ὑπὸ τούτους εἶναι τοὺς ὀλεθρίους μισθωτάς, οὓς δὴ βίνδικας καλοῦσι. συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα μεστὸν μὲν ἐλλειμμάτων, μεστὸν δὲ πάσης ἀδικίας γενέσθαι. ¶ Ταῦτα ἡμεῖς 1 πολλάκις ἀνερευνώμενοι, ᾠήθημεν χρῆναι θεραπείαν ἐπαγαγεῖν τῷ πράγματι· καὶ ὅσῳ περὶ τοῦτο ἡμεῖς πονούμεθα, τοσούτῳ πᾶσαν ἐξεῦρον οἱ βουλευταὶ τέχνην κατὰ τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένων, καὶ κατὰ τοῦ δημοσίου. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον ἀναγκαζομένους ἑαυτοὺς πᾶσι τρόποις τῇ βουλῇ φυλάττειν τὸ τέταρτον, καὶ τοῦτο μόλις ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν νόμοις ἀποτεθὲν, ἤρξαντο διασπᾶν τὰς οὐσίας αὐτῶν, ὥστε ἀπόρους τελευτᾶν, καὶ οὐχὶ τέταρτον μέρος, ἀλλ' ὅλην ἐφεξῆς τὴν ἀπορίαν τῇ βουλῇ καταλιμπάνειν. εἶτα

ἐπειδὴ

multitudine quidem existente curialium, quod autem functionum videbatur esse onus, nulli omnino intolerabile existebat. Nam quod in multitudinem diuiditur, onus insensibile propemodum facit eis qui hoc sustinent. Quando autem per partes quidem cœperunt se eximere albo Curiæ & occasiones inuenire per quas liberi his efficerentur, sic paulatim deminutæ sunt curiæ, innumeris excogitatis occasionibus per quæ potuissent specialia quidem bene habere, communia autem & publica deminui. Propterea ad paucos viros redactæ functiones, & illis facultates commouerunt, & ciuitates ita deminutæ sunt, vt sub istos perditos conductores quos* VINDICES *vocãt, redacta curia, contigerit respublica plena quidem defectibus, plena vero omni iniustitia fieret.*

* aliâs in Græco functionibus curialibus.

1 ¶ *Hæc nos sæpe perscrutantes, æstimauimus oportere medelam rei adhibere, & quantum nos in hoc laboramus, tantum omnem ad inuenerunt curiales artem aduersus ea quæ recte iusteq; sancita sunt & contra fiscum. Dum enim vidissent compelli se omnimodo curiæ seruare quartã partem, & hoc vix per nostras leges impositum, cœperũt discerpere proprias facultates quatenus minus idonei deficerent & non quartam portionem, sed omnem continuo paupertatẽ suam curiæ derelinquerent. Deniq;*

quon

ἐπειδὴ καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἀποστερῆσαι τὸ βουλευτήριον ἔγνωσαν, ἤδη καὶ πρᾶγμα πάντων ἀσβέστατον ἐπενόησαν, γάμων ἀπεχόμενοι νομίμων. ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄπαιδες, τό γε ἐπὶ τῷ νόμῳ, τελευτᾶν, ἢ καὶ τῷ γένει καὶ τῇ βουλῇ χρήσιμοι φαίνεσθαι. Καὶ αὖθις κατεπράξαντο πρώτην τεθῆναι νόμον, ὃς δικρέτου χωρὶς ἐπέτρεπεν αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δωρεῖσθαι, καί τοι γε τὴν πρᾶσιν μετὰ δικρέτου γίνεσθαι τοῦ νόμου βουλομένου. ὁ δὲ οὕτως ἦν θαυμαστὸς ὥστε μόνην τὴν πρᾶσιν ὑπάγειν τῇ τοῦ δικρέτου προσθήκῃ, καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀνάγκαις, τἄλλα δὲ πάντα αὐτοῖς ἐφεῖναι πράττειν καθ' ὃν ἠβούλοντο τρόπον. ταύτῃ οὖν μετέστησαν τὰς βουλευτικὰς οὐσίας εἰς ἕτερα καὶ ἕτερα πρόσωπα, οὐδὲν τῆς βουλῆς ἐντεῦθεν ἐχούσης. τοιγαροῦν εἴτις ἀριθμήσειε τὰ τῆς ἡμετέρας πολιτείας βουλευτήρια, ἐλάχιστα εὑρήσει, τὰ μὲν οὐδὲ ἀνδρῶν εὐποροῦντα, οὐδὲ χρημάτων, τὰ δὲ ὀλίγων μὲν ἴσως ἀνθρώπων, χρημάτων δὲ οὐδαμῶς. ¶ Ἤδη μὲν οὖν κατὰ μέρος ἐθήκαμεν νόμους ἡμᾶς τοὺς βουλομένους καὶ τὰς πράσεις καὶ τὰς δωρεὰς τὰς ἁπλᾶς καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἐκποίησιν ἔχουσαν βουλευτικῶν ἀκινήτων πραγμάτων, ὑποκεῖσθαι δικρέτῳ, μετὰ τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ νόμῳ κειμένης παρατηρήσεως γινομένῳ. Εἶτα ὕστερον ἐπειδὴ μετὰ ψευδῶν αἰτιῶν ἐποιοῦντο τὰς δωρεάς, καὶ αὐτὸ καθάπαξ ἀνείλομεν τὸ δωρεὰν ἁπλῶν ποιεῖσθαι βουλευτὴν εἰς οἱονδήποτε πρόσωπον. βουλόμεθα δὲ εἰκότως τὰς

21

πρὸ γα

quoniam ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, rem omnium impiam adinuenerunt à nuptiis legitimis abstinentes, vt eligerent magis sine filiis quàm sub lege deficere, aut generi suo vel curiæ inutiles[a] apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem quæ præter decretum iubebat eis donare propria, cum quandam venditionem cum decreto fieri ad eam lex volebat. sed hæc ipsa erat mirabilis quæ solam venditionem subiiciebat adiectioni decreti & aliis exin necessitatibus, alia verò omnia derelinquebat eis agere secundum quem voluissent modum: hac transtulerunt curialium facultates ad alias & alias personas nihil exinde habente curia. Denique si quis denumerat nostræ reipub. curias, attenuatas inueniet virorum, neque alias quidem neque rerum copias habentes, aut paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus.

[a] Videtur legẽdum vtiles, ex Græco.

2 ¶ *Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones, volentes & venditiones & donationes simplices & omnem actum alienationem habentem immobilium curialium rerum, subiacere decreto, cum obseruatione facta quæ in illa lege posita est. Deinde post hæc quia sub falsas causas faciebant donationes & hoc omnino abrogauimus, donationem simplicem facere curialem in quacunque persona. excepimus autem competẽter ante*

προγαμιαίας δωρεάς, ἐπειδὴ μηδὲ δωρεαὶ καθά-
παξ εἰσίν· ἀλλὰ συναλλάγματός τι εἶδος ἐν ταύ-
ταις ἔγκειται, καὶ παιδοποιίας εἰσάγουσιν εὐπο-
ρίαν· ὅπερ ἡμῖν καὶ μάλιστα εἰς βουλευτὰς περι-
σπούδαστόν ἐστιν. ἔπειτα ὁρῶντες καὶ περὶ αὐτὸ τοῦ-
το περιγραφὰς πολλὰς γινομένας, νόμον ἐγρά-
ψαμεν ὥστε ἐκ τρόπου παντὸς χωρῆσαι τὴν βουλὴν
εἴτε μετὰ σώματος, εἴτε τούτου χωρίς, πάντως τὸ
τετρούγκιον ἔχειν· καὶ μὴ ἔλαττον ἐξεῖναί τινι κα-
ταλιμπάνειν τῇ βουλῇ, μηδὲ τεχνάζειν, μηδὲ ἐλατ-
τοῦν αὐτὸ κατὰ μηδένα τρόπον. εἴτε παῖς ὁ βουλεύ-
σας εἴη, εἴτε καὶ αὐτὴ δέχοιτο τὸ τετρούγκιον ἡ βουλή.

¶ Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστημεν, ἀλλὰ καὶ τὰς θη- 3
λείας τῆς οἰκείας ἐνστάσεως διδόναι τινὰ μοῖραν
ἐθεσπίσαμεν, ὥστε κατὰ μηδεμίαν πρόφασιν ἐ-
λαττοῦσθαι τῇ βουλῇ (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν)
τὸ τεταρτημόριον τῆς πάσης τοῦ βουλεύσαντος οὐσίας.
καὶ τὰς πολλὰς δὲ ταύτας καὶ ἐκκεχυμένας φιλο-
τιμίας ἀνείλομεν, οὐ συγχωροῦντες ἀπαλλάττε-
σθαι βουλῆς ἄλλως ἢ κατὰ τὴν τῶν μεγίστων ἀξιω-
μάτων κτῆσιν, πατρικιότητός τε καὶ ὑπατείας καὶ
ἐπαρχότητος, εἴτε τῆς ἐν πολιτικοῖς, εἴτε τῆς ἐν στρα-
τιωτικοῖς. πραιφεκτωρίας γὰρ εἶναι καὶ τὰς στρατη-
γίας ὁ νόμος ἐπίσταται. ὥστε εἴ τις πραιφεκτωρίαν
ἀρχὴν ἄρξειεν, αὐτῇ τῇ πράξει γενόμενος, καὶ εἴτε
ἄρχων αὐτήν, εἴτε στρατηγῶν, βουλευτικῆς οὗτος
ἀπαλλάττεται τύχης, κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον,
τῶν ἄλλων πασῶν ἐξαιρέσεων ἀνῃρημένων. τὰς
γὰρ διὰ μόνην τιμὴν διδομένας τοιαύτας
ἀξίας (τὰς πραιφεκτωρίας φαμέν· ταυτὸ δὲ

nuptias donationes eo quòd neque donationes omnino sunt, sed cõtractus species in eis inserta est, & filiorũ procreandorũ copiã introducunt, quod nobis & maximè in curialibus studij est. Post hæc cõspiciẽtes de hoc ipso multas circunscriptiones fieri, legẽ conscripsimus, omnino debere curiã siue cũ corpore, siue sine ipso, omnino tres vncias habere, & nõ minus licere cuidam relinquere curiæ, neque circunscribere, neq; diminuere eas sub vllo modo, siue filius sit qui in curia est, siue ipsa suscepit tres vncias curia.

3. ¶ *Et non vsque ad hoc stetimus sed & fœminas in propria institutione dare quandam partem sanximus, quatenus per nullam occasionem, diminueretur curiæ (sicut prædiximus) quarta pars totius substantiæ curialis. Sed & multas istas & diffusas munificentias abrogauimus, non concedentes liberari aliter curia, nisi per maximarum dignitatum adeptionem, patriciatus, aut consulatus, aut præfecturæ siue ciuilis siue militaris: præfecturas autem esse & eas quæ principatum agunt exercitus, lex nouit. itaque si quis præfecturæ dignitatem administrauerit, in ipso actu constitutus & siue administrans eam, siue principatum agens exercitus, curiali iste liberatur à cõditione secũdum nostram legem aliis omnibus exceptionibus abrogatis. Nã quæ propter solũ honorẽ dantur tales dignitates (præfectorias dicimus, idẽ autem*

ἔστιν εἰπεῖν καὶ στρατηλασίας) οὐκ ἐξαιρεῖν τοῦ βουλευτικοῦ λευκώματος τοὺς τούτων τυχόντας ἐθεσπίσαμεν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν νενομοθέτηται, μετὰ πολλῶν ἄλλων, ἅπερ ἔξεστιν ἐξ αὐτῶν τῶν ἤδη κειμένων νόμων λαβεῖν. ἀπελύσαμεν δὲ καί τινας βουλευτικῆς τύχης, διαφόρους αὐτοῖς πραγματικοὺς φιλοτιμησάμενοι νόμους, οὓς ἅπαντας κυρίους εἶναι βουλόμεθα· καὶ τὴν παροῦσαν νομοθεσίαν ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης ἐπινεμήσεως τῆς ἄρτι διελθούσης ἄρχεσθαι, ἐξ οὗπερ ἡμῖν ἐν βουλῇ γέγονεν οὗτος ὁ νόμος. ¶ Ἐπειδὴ δὲ ὁρῶμεν τινας οὕτως ἀπεχθῶς διακειμένους πρὸς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄλλοις τὰς ἑαυτῶν καταλιμπάνειν οὐσίας, καὶ μόλις τὸ τέταρτον τῇ βουλῇ, καὶ τοῦτο διὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ᾠήθημεν χρῆναι, ἀπαιδίας οὔσης, τοῦτο τὸ μέρος αὐξῆσαι. 4

ΚΕΦΑΛ. α.

Εἰ τοίνυν μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον τελευτᾷ βουλευτής, παῖδας οὐκ ἔχων οὔτε ἄρρενας οὔτε θηλείας, οὗτος τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας τὰς τρεῖς μοίρας καταλιμπανέτω τῇ βουλῇ, καὶ τὴν τετάρτην εἰς βούλεται. ἔσται γὰρ αὐτῷ ἀντὶ παιδὸς ἴσως ἑνὸς ἢ καὶ πλειόνων ἡ πᾶσα βουλὴ (ταυτὸν δ᾽ ἔστιν εἰπεῖν) καὶ τὸ τῆς πόλεως πλήρωμα ἐν παίδων τάξει καθεστὼς, καὶ εὐφημία διηνεκὴς καὶ ἀθάνατος μνήμη· καὶ καρπὸς τοσοῦτος ὅσος οὐκ ἂν αὐτῷ παρὰ τῶν παίδων ἐγένετο. Εἰ δέ τις γνησίους μὲν παῖδας οὐκ ἔχει, νόθοι δὲ αὐτῷ καθεστᾶσιν,

ἔστω

est dicere & magistro militatus) non eximere curiæ albo eos qui hæc meruerunt, sanciuimus. Hæc itaq; in anterioribus à nobis sancita sunt, cum aliis multis quæ licebit ex ipsis olim positis legibus aduertere. absoluimus autem & quosdam à curiæ conditione diuersas his pragmaticas concedentes leges, quas omnes firmas esse volumus & præsentem sanctionem ab vndecima indictione nuper delapsa inchoare, ex qua nobis in consilio venit hæc lex.

4 ¶ *Quoniam autem vidimus quosdam sic aduersos esse contra proprias patrias vt eligant potius aliis suas relinquere substantias & vix quartam partem curiæ, & hoc per nostram legem existimauimus oportere, vbi filij desunt, hanc partem augere.*

CAPVT I.

SI igitur post hanc nostram legem defunctus fuerit curialis filios non habens neq; masculos neque fœminam, iste propriam substantiam[a] *curiæ derelinquat quartam vero quibus voluerit. erit namq; ei pro filio forsan vno vel pro plurimis tota curia, idest & totius ciuitatis plenitudo in filiorum modo existens & fama bona perpetua & immortalis memoria, & fructus tantus quantus nequaquam à filiis esset. Quod si quis legitimos filios non habuerit, naturales autem ei fuerint,*

[a] In Græco hodie est propriæ substātiæ nouem vncias.

ἐξέστω μετὰ τοῦ τῆς βουλῆς ἄχθους γράφειν αὐτῷ καὶ τούτους κληρονόμους· καὶ ἡ γραφή γε ἀντὶ πάσης ἐπιδόσεως ἔστω, καὶ μὴ δείσθω τοῦτο τῆς παλαιῶν νόμων ἑτέρας προσθήκης, μηδὲ τῆς ἐν ᾧ περιῆσαν ἐπιδόσεως· ἀλλ' αὐτόθεν γραφέντες, εἴγε ἐλεύθεροι καθεστᾶσι, βουλευταὶ καὶ κληρονόμοι γινέσθωσαν, καὶ ἐχέτωσαν καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς περιουσίας ἐνναούγκιον, καθάπερ ἂν ὁ πατὴρ αὐτοῖς διανείμῃ· εἰ δὲ καὶ τὸ πᾶν αὐτοῖς βουληθείη καταλιπεῖν, ἔτι κάλλιον πράξει. πλὴν ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἐνναουγκίου καὶ πάντως αὐτοῖς καταλιμπανέτω, γινώσκων ὡς κἂν εἰ καταλίποιεν ἔλαττον, ἀλλ' ἐκ τοῦ νόμου πάντως εἰς τὸ ἐνναούγκιον αὐτοῖς ἡ ἀναπλήρωσις ἔσται τῆς οὐσίας. οἱ δὲ εἴπερ τι τῆς οὐσίας ἐπιθυμοῦσι λαβεῖν, καὶ βουλευταὶ γινέσθωσαν· εἰ δέ τινες μὲν ἕλοιντο, τινὲς δὲ παραιτήσοιντο, ἐπὶ τοὺς αἱρουμένους τὰ τῶν παραιτουμένων ἐρχέσθω μέρη· εἰ δὲ ἅπαντες ἀπείποιεν, τηνικαῦτα ὡς ἀπαιδίας οὔσης οὕτως ἐπὶ τὴν βουλὴν ἐρχέσθω τὸ ἐνναούγκιον.

ΚΕΦΑΛ. β.

Εἰ δὲ ὁ μὲν σιγήσειε, παίδων δὲ αὐτῷ γνησίων οὐκ εἴη σπορά, τηνικαῦτα τὸ μὲν τέταρτον ἐπὶ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμους ἐρχέσθω, οἱ παῖδες δὲ οἱ νόθοι εἰ βούλονται ἑαυτοὺς ἐπιδοῦναι τῷ βουλευτηρίῳ, προσδεχέσθωσαν, καθάπερ ἂν θελήσειαν, εἴτε πάντες, εἴτε τινὲς ἐξ αὐτῶν, πάντως τοῦ ἐνναουγκίου τῆς περιουσίας εἰς τοὺς βουλεύοντας ἢ τὸν βουλεύοντα περιϊσταμένου.

¶Εἰ

liceat cum onere curiæ scribere sibi hos heredes, & scriptura pro omni datione sit & non indigeat antiquarum legum aut aliis adiectionibus, neque dum adhuc superstes est datione. sed mox scripti, si quidem liberi fuerint, curiales & heredes efficiantur & habeant ipsi nouem vncias substantiæ secundum quod pater eis diuiserit. quod si omnia eis relinquere voluerit adhuc melius faciet, verum tamen vsque ad nouem vncias modis omnibus eis relinquat, cognoscens quia vel si reliquerit minus, à lege eis omnino vsque ad nouem vncias supplenda erit substantia. illi vero si quidem desiderauerint [substantiam accipere] & curiales efficiãtur. quod si quidam voluerint, quidam autem recusauerint, ad eos qui elegerint, recusantiũ veniant partes: quod si omnes recusauerint, tunc tanquam si nullus filius sit, taliter ad curiam veniant omnes nouem vnciæ.

CAPVT II.

QVod si ille quidem tacuerit, filiorum autem legitimorum ei procreatio non fuerit, tunc quarta pars ad heredes qui sine scriptura sunt, veniat, naturales autem filij si voluerint se offerre curiæ, recipiantur, secundum quod voluerint, siue omnes, siue quidam ex eis, modis omnibus nouem vnciis substantiæ ad eum qui Curiæ se dedit, deuolutis.

¶ Εἰ δὲ καὶ ἐκ δούλης αὐτῷ τεχθέντες εἶεν, εἶτα αὐτοὺς ἐλευθερώσειεν, ἢ περιὼν ἢ ἐν τῇ διαθήκῃ, καὶ ἐπιδοίη τούτους· καὶ οὕτως προσδεχέσθωσαν, καὶ ἔστωσαν βουλευταὶ (καθάπερ ὁ διαθέμενος ἠβουλήθη, ἢ καθάπερ ἡ αὐτῶν ἐπιθυμία πεποίηκεν, ἐπιδόντων ἑκόντας τῇ βουλῇ) ληψόμενοι, καθάπερ εἴρηται, τὸ ἐνναούγκιον. πανταχοῦ γὰρ βουλόμεθα, κἂν εἰ διάθοιτο, κἂν εἰ μὴ βουλευσάμενος ἀπέλθοι, τοὺς εἰς τὴν βουλὴν ἐρχομένους τὸ ἐνναούγκιον λαμβάνειν. εἰ δὲ ἐλευθερώσειε μὲν μόνον, οὐ μὴν ἐπιδοίη, καὶ οὗτοι βούλονται, ἢ τις ἢ τινες ἐξ αὐτῶν, πρὸς τὸ βουλευτήριον ἰδεῖν· κἀκεῖσε τὸ ἐνναούγκιον τῷ βουλεύοντι ἢ τοῖς βουλεύουσι κατὰ τὴν ἀναλογίαν διδόσθω. εἰ δὲ μηδεὶς τῶν νόθων ἢ βουληθείη ἢ ἐπιδοθείη, τηνικαῦτα τὸ ἐνναούγκιον ἡ βουλὴ λαμβανέτω.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Εἰ δὲ γνησίων εἴη παίδων πατὴρ, ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα διακείσθω, εἴτε μόνων ἀῤῥένων, εἴτε μόνων θηλειῶν, εἴτε μεμιγμένης γονῆς· ὥστε τὸν νόμον πανταχόθεν ἔχειν τὸ τέλειον, καὶ τὸ τῇ βουλῇ συμφέρον. Εἰ μὲν οὖν ἄῤῥενες αὐτῷ μόνοι καθεστήκοιεν παῖδες, ἢ ἔγγονοι τυχὸν ἄῤῥενες ἐκ προτελευτησάντων υἱῶν, τὸ ἐνναούγκιον εἰς πάντας, καθάπερ ἂν βουληθείη, μεριζέσθω· οὕτω μέν τοι ὥστε κατὰ μηδὲν ἐλαττωθῆναι τὸν νόμον τῶν περὶ τῶν ἀκαθηκουσῶν διαλεγόμενον διαθηκῶν, πλὴν εἰ μὴ τρί-

τος

1 ¶ *Quod si ex ancilla ei progeniti fuerint, deinde ipse eos manumiserit aut dū superest, aut in testamento & obtulerit eos, & isti suscipiantur & sint curiales, secundum quod testator voluerit, aut secundum quod desiderium eorum fecerit, dantium se curiæ, accepturi secundum quod dictum est nouem vncias. Vbique enim volumus siue testatus fuerit, siue intestatus decesserit, eos qui ad curiam venerunt, nouem vncias accipere. quod si manumiserit quidem tantummodo, non tamen obtulerit, illi autem etiam taliter voluerunt, aut vnus, aut quidam ex eis ad curiā venire, & tūc nouem vnciæ ei vel eis qui in curia sunt, secundum virilem partem dentur. Quod si nullus naturalium voluerit aut datus non fuerit, tunc nouem vncias curia percipiat.*

CAPVT III.

QVod si legitimorum filiorum fuerit pater, tunc res decernenda est, vtrum tantummodo masculi aut tantummodo fœminæ aut certe permixti sexus sint, quatenus lex vndique perfectionem habeat & curiæ vtilitatem. si ergo masculi ei tantummodo fuerint, filij vel forsan nepotes masculi ex prædefuncto filio, nouem vncias in omnes filios sicut voluerit diuidat, sic tamē vt in nullo diminuatur lex quæ de inofficiosis legitur testamentis, nisi forte

πρὸς ἀχαριστίας τοῦτο ποιήσειεν. οὐδὲ γὰρ τὰ ἐπὶ τούτοις τεθειμένα νόμιμα παντελῶς ἀναιροῦμεν. ἐκείνου μέντοι πάντως φυλαττομένου, ὥστε τὸ ἐννεάουγκιον πρὸς τοὺς μὴ ἀχαρίστους παῖδας μερίζειν, καὶ κατὰ τοσοῦτον ἕκαστον ὑπεισιέναι τὰ βουλευτικὰ τοῦ πατρὸς λειτουργήματα, καθ' ὅσον αὐτοῖς ὁ πατὴρ διένειμε τὴν οὐσίαν, τοῦ τριουγκίου μόνου τῇ τοῦ πατρὸς καταλιμπανομένου γνώμῃ, ἔνθα ἂν αὐτὸ παραχωρῆσαι βούληται, εἴτε πρὸς τοὺς παῖδας, εἴτε πρὸς ἕτερον.

ΚΕΦΑΛ. λ.

Εἰ δὲ πᾶσαι θήλειαι καθεστήκοιεν, εἰ μὲν αὐτῆς τῆς πόλεως γαμηθεῖεν βουλευταῖς, ἄδεια ἔσται τῷ πατρὶ, εἴπερ γεγαμημέναι τυγχάνοιεν, ὡς εἴρηται, βουλευταῖς, διαιρεῖν εἰς αὐτὰς τὴν ὅλην οὐσίαν, ἢ πάντως γοῦν τὸ ἐννεάουγκιον, καθάπερ ἂν βουληθείη, τῷ νόμῳ κἀνταῦθα προσέχων τῷ τὰ περὶ ἀδιαθέτου τάττοντι· εἰ δὲ αἱ μὲν ἐξ αὐτοῦ γεγάμηνται βουλευταῖς, αἱ δὲ οὐχὶ τοιούτοις, τὸ μὲν ἐννεάουγκιον πάντως καταλιμπανέσθω παρὰ τοῦ πατρὸς ταῖς τῶν βουλευτῶν γυναιξὶ, διαιρούμενον κἀνταῦθα καθάπερ ἂν ὁ πατὴρ βουληθείη. τὸ δὲ λειπόμενον εἰς τὰς μὴ βουλευταῖς τῆς αὐτοῦ πατρίδος γαμηθείσας, ἢ καὶ εἰς ἑτέρους δηλαδὴ, τῆς νομίμου μοίρας κἀκείναις πάντως ἀποσωζομένης. εἰ δὲ μήπω γάμων ἔτυχον, τηνικαῦτα ἐπὶ τούτῳ τῷ ὅρῳ γράφειν αὐτὰς ἢ τινα ἢ τινας ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ ἐννεάουγκιον κληρονόμους. ἐφ' ᾧ πάντως γαμηθῆναι τῆς αὐτῆς πόλεως βουλευταῖς. εἰ μὴ τοῦτο βού-

λοιντο

ingratitudinis modus hoc fecerit. neque enim quæ in his posita sunt leges omnino destruimus, illo omnimodo custodito vt nouem vnciæ inter non ingratos filios diuidantur, & secundum hoc vnusquisque subeat curiæ paternæ functionem secundum quod eis pater diuiserit substantiam, tribus vnciis tantummodo paternæ derelictis voluntati vbi eas peruenire voluerit.

CAPVT IIII.

Quod si omnes fœminæ nuptæ fuerint, si quidem eiusdē ciuitatis curialibus nuptæ fuerint, licentia erit patri si quidem nuptæ fuerint (sicut dictum est) curialibus, diuidere inter eas omnem substantiam aut certe nouem vncias secundum quomodo voluerit, respiciens & hîc legem quæ de successionibus sine scriptura disposuit. quod si quædam ex eis nuptæ sunt curialibus, quædam vero non his, talibus quidem nouē vnciæ omnimodo relinquantur à patre curialium, vxoribus diuisæ & hîc secundam quod pater voluerit. residuum autem his quæ non curialibus propriæ patriæ nuptæ sunt, vel certe aliis proculdubio legitima portione & eis omnino reseruatis. Quod si necdum nuptæ sint, tūc sub tali definitione scribendū est de his aut quandā aut quasdā ex eis in VIIII. *vnciis esse heredes, quatenus omnimodo nubant eiusdē ciuitatis curialibus. Quod si hoc noluerint,*

aut

λεῖαι αὐταί, ἢ αὐτὸς μὲν γράψειεν, αἱ δὲ οὐκ ἀνάσχοιντο, τὸ μὲν ἐννεακόγκιον ἐπὶ τὸ βουλευτήριον τῆς πόλεως ἐρχέσθω, τὸ δὲ τριούγκιον μόνον εἰς τὰς πάσας καθ' ὅνπερ ὁ νόμος βούλεται μεριζέσθω τρόπον, ἐν λόγῳ καὶ τῶν προικῶν αὐταῖς γινομένων.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Εἰ δὲ ἄῤῥενές τε καὶ θήλειαι καθεστήκοιεν, οἱ μὲν ἄῤῥενες πάντως τὴν ἡμίσειαν ἐχέτωσαν μοῖραν τῆς περιουσίας· αἱ δὲ θήλειαι τὴν λειπομένην ἡμίσειαν, οὐ τελείαν μέντοι. δώσουσι γὰρ αὗται τὸ τέταρτον τοῖς βουλεύουσιν ἀδελφοῖς, πλὴν εἰ μὴ βουλευτῶν εἶεν γαμεταί, πᾶσαι, ἤ τινες ἐξ αὐτῶν. εἰ γὰρ εἰς τοιούτους ἔλθοιεν γάμους, καὶ βουλευταῖς τῆς οἰκείας πατρίδος συζυχθεῖεν, τηνικαῦτα ἐλευθερωθήσονται τῆς τετάρτης μοίρας, οἷα δουλεύουσαι καὶ αὗται διὰ τῶν ἀνδρῶν, ἕως περίεισι, μετέχουσι τοῦ λειτουργήματος. Ταῦτα ἡμᾶς νομοθετοῦσαι δεῖν ᾠήθημεν, οὐχ ὥστε ἀφελέσθαι τοὺς ἀνθρώπους τῆς τῶν οἰκείων διοικήσεως, ἀλλ' ὥστε τὰς πόλεις μὴ τελείως ἐξερημωθῆναι βουλῆς, μηδὲ περινοίαις τισὶν ἴσως καὶ ἀσεβέσιν ἐλαττοῦσθαι τὰ βουλευτήρια. τοιγαροῦν ἐμάθομεν τινὰς καὶ ἀπηγορευμένους τῷ νόμῳ συναλλάττειν γάμους, ὥστε ἐντεῦθεν μὴ γνησίους ἀλλὰ νόθους αὐτοῖς τίκτεσθαι παῖδας, κἀκείνοις δῆθεν ὡς ἐξωτικοῖς, καταλιμπάνειν, καὶ οὕτως ἀποστερεῖν τὴν βουλὴν τῆς ὀφειλομένης αὐτῇ περιουσίας.

ΚΕΦΑΛ. ς.

Κἀκεῖνο γεμὴν ἐξ αὐτῶν συρρέοντες τῆς πείρας ὡς κατὰ τῶν βουλευτηρίων γίνεται καὶ πολλοί

aut ipse quidẽ scripserit, illæ verò non pertulerint, nouẽ vnciæ quidẽ ad curiam ciuitatis veniant, tres autem vnciæ tãtummodo inter omnes secũdum quod lex vult diuidentur in modum deductis in rationẽ etiam dotibus earum.

CAPVT V.

Quod si masculi & fœminæ fuerint, masculi quidem omnimodo substantiæ mediam habeãt portionem, fœminæ vero residuam mediam non integram quidem, dabunt namq; ipsæ quartam partẽ curialibus fratribus, si tamen non fuerint curialium vxores omnes aut quędã ex eis. quod si ad tales peruenerint nuptias & curialibus propriæ patriæ fuerint sociatæ, tunc liberabuntur à quarta parte curiæ danda, vt pote quæ videantur & ipsæ per viros suos donec supersunt, esse participes functionum. Hæc nòs sancire oportere existimauimus, nõ quo auferamus hominibus propriarum rerum dispensationem sed vt ciuitatium non integrè desolatæ curiæ remanerẽt, neq; adinuentionibus quibusdam forsan & impiis deminuerentur curiæ. Deniq; cognouimus quosdam interdictas lege contrahere nuptias, vt ex hoc non legitimi sed naturales filij procreentur, & ipsis reuera, vt pote extraneis relinquere, & sic fraudare curiam debita facultate.

CAPVT VI.

Sed & illud etiam ex ipso reperimus experimento, quod aduersus curiam sint multi

δῆθεν λέγοντες, ἢ ταμειακῆς, ἢ κωμητικῆς, ἢ κογ-
χυλευτικῆς, ἢ ἄλλης καθεστάναι καταστάσεως
τὸν ἕτερον τῶν αὐτῶν γονέων, πειρῶνται προσ-
νέμειν ἑαυτοὺς ἢ ταῖς ταμειακαῖς, ἢ ταῖς κωμη-
τικαῖς, ἢ κογχυλευτικαῖς, ἢ ἑτέραις οἵαις δήποτε
τύχαις, καὶ τὸ βουλευτήριον ἐκκλίνειν. θεσπίζο-
μεν τοίνυν μηδεμίαν εἶναι τοιαύτην τέχνην
κατὰ τοῦ δημοσίου· ἀλλὰ πάντως εἴτε ἐκ τα-
μειακῆς μητρὸς, εἴτε ἐκ κογχυλευτικῆς, εἴτε ἐκ
κωμητικῆς γεννηθείη παῖς βουλευτῇ, τὴν βουλευ-
τικὴν τύχην κρατεῖν βουλόμεθα. βουλευταὶ μὲν
γὰρ ἐλάχιστοι πανταχόσε τῆς ἡμετέρας εἰσὶ πο-
λιτείας, ταμειακοὶ δὲ καὶ κωμῆται καὶ κογχυ-
λευταὶ, εἰς πλῆθος ἐκκεχυμένοι καθεστᾶσι. καὶ
προσῆκεν ἐπὶ μᾶλλον τὰ βουλευτήρια τῶν πό-
λεων αὔξεσθαι, ἐν ὀλίγοις σώμασι στενοχωρηθέν-
τα, ἢ πλῆθος πλήθει προσθεῖναι. Εἰ δέ τινες,
ὀνόματι τῆς οἰκείας μητρὸς, ὡς ταμειακῆς, ἢ κογ-
χυλευτικῆς, ἢ κωμητικῆς τύχης οὔσης, ἑαυτοὺς ἐξε-
λεῖν τῆς βουλευτικῆς ἐπειράθησαν ἢ καὶ πειραθεῖεν
τύχης, ἀπὸ τῆς ἄρτι διελθούσης δεκάτης ἐπινε-
μήσεως καὶ αὐτῆς, τὰ κατὰ τοῦτον πραχθέντα τὸν
τρόπον, εἴτε ἐκ τῆς θείας αὐλῆς, εἴτε ἀλλαχόθεν,
ἀργὰ καὶ ἀνίσχυρα ἔστω· καὶ τοὺς τοιούτους βουλευ-
τὰς τὸ λοιπὸν εἶναι θεσπίζομεν. εἰ γάρ τι πέπρα-
κται πρὸ τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως, τοῦτο βεβαίως
καὶ ἐπὶ τῆς ἰσχύος τῆς ἑαυτοῦ μένειν βουλόμεθα. ¶ Ἐξαι- I
ροῦμεν δὲ τῆς παρούσης ἡμῶν θείας διατάξεως
Θεοδόσιον, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς υἱοὺς

Ἰωάννου

quasi dicẽtes, aut sacri ærarij, *aut vicaneæ aut purpurariæ aut alterius cuicunque conditionis esse alterum parentum curialis & tentant adiudicare seipsos vel sacri ærarij vel vicaneæ, vel purpurariæ aut aliis quibuscunq; conditionibus & curiam euitare. Sancimus itaq; nullam esse talem artem aduersus publicum. Sed omnino siue ex sacri ærarij matre siue ex purpuraria siue ex vicanea nati fuerint filij curiali, curialem conditionem obtinere volumus. Curiales enim pauciores sunt vbiq; locorũ nostræ reipublicæ, sacri vero ærarij & vicanei & purpurarij in multitudinem effusi, constituti sunt. & congruens est magis amplificare curias ciuitatũ in paucis corporibus angustatas, quàm multitudinẽ multitudini adiicere. Quod si quidam nomine propriæ matris tãquam sacri ærarij vel purpurariæ aut vicariæ conditionis sit, se subtrahere à curiæ conditione tentauerũt vel tentauerint, à nuper præterita* DECIMA INDICTIONE *& ipsa, & ea quæ secundum hunc acta sint modũ, siue à nostra aula siue aliunde, vacua & inualida sint, & hos tales curiales de cætero esse sancimus. nam si quid actum est ante decimam indictionem hoc firmum & in sua fortitudine permanere volumus.*

* Tamiacę Iulian.

EXCEPTIO.

¶ *Excepimus autẽ ab hac nostra diuina constitutione Theodosium & eius fratres & filios*

Ioan

Ιωάννȣ τ̃ ἐπίκλlω Ξίσκων· εἴπερ ἑαυτȣ̀ς εἰς τα μεσαιὴν (καί τοι βȣλȣλῶν ὄντες πατέρων) ἐγράψαν τύχlω, πρὸ τ̃ δικάτης ἐπινεμήσεως· καὶ πᾶν εἴ τι γέγονεν ἐπ' ἐλευθερίᾳ τȣ́των, ἀναιρȣ́μεν. ȣ̉δενὸς γȣ̃ αὐτȣ̀ς ἀπολαύειν τ̃ πεποριςμένων βȣλόμεθα, ἀλλὰ βȣλȣλὰς εἶναι, καὶ τὰ βȣλȣλῶν πράττειν, καὶ τοῖς λειτȣργήμασι τοῖς βȣλευτικοῖς προσέχειν, ȣ̉δενὸς, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, βοηθεῖν αὐτοῖς πρὸς τȣτο δυναμένȣ, κᾂν εἴ τι πεπορισμένον αὐτοῖς εἴτε ἐκ τ̃ αὐλῆς εἴτε ἄλλοθεν εἴη. ¶ΤΑ τοίνυν παραςάντα ἡμῖν, καὶ [2] ἐπ' ὠφελείᾳ τ̃ πόλεων καὶ τ̃ βȣλευτηρίων δόξαντα, καὶ τῷδε τῷ θείῳ δηλȣ́μενα νόμῳ ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ φυλάττειν καὶ ἔργῳ παραδιδόναι σπȣδαζέτω· ποινῆς ἐπικειμένης XX. lib. auri, κατὰ τῶν τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον παραβαίνειν θαῤῥȣ́ντων. Dat. XV. KAL. MARTII CONSTANTINOP. BILIS. V. C. CONS.

Περὶ ἀποκαταςάσεως προικιμαίων καὶ προγαμιαίων πραγμάτων. καὶ Περὶ τῆς τεκȣ́σης τῷ ἑνδεκάτῳ μlωὶ μετὰ τlὼ τ̃ ἀνδρὸς τελευτήν.

Διάταξις λθ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Ιωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τȣ̃ς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

Τὸ

Ioannis qui cognomen habuit Xescon, qui in sacri ærarij conditione permanserunt, licet decurialibus essent patribus ante decimam indictionem, & omne quidquid actum est in eorum liberatione destruimus. Nihil enim eorum quæ licuerunt frui volumus, sed curiales esse & quæ curialium sunt agere, & ad functiones curiales respicere. nihil sicut prælocuti sumus, eis prodesse possibile. Sed & si quid elicitum est eis siue ex nostro palatio siue aliunde.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur visa sunt nobis & ad vtilitatem ciuitatum & curiarum complacuerunt, & quæ per hanc indicantur legem tua excellentia & custodire & operi tradere festinet, imminente pœna XX. LIBRARVM AVRI *aduersus eum qui hanc legem nostrã præuaricari præsumpserit. Dat.* * XV. *Kal. Martias Constantinopoli. Indictione vndecima. post consulatum Basilij anno septimo.*

* Sic restitui hãc subscriptionem deprauatam apud Scrimgerum & alias editiones.

DE RESTITVTIONIBVS, ET EA QVAE PARIT VNDECIMO mense post mortem viri.

TIT. XVIII.

NOVEL. CONST. XXXIX.

Imp. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

